⁊ si nō imputēt ad penā: tamen impediunt sacramēti signaculū. et introducit̄ auctoritas Hieronymi: q̄ dic̄ de illo q̄ ꝓpter disciplinā casu occidit. quātū ad culpā inocēs est: q̄tū ad legē reus ē. legē dico sacramēti. Inde est ꝙ cū alii ordines ecclie ad sacramentū altaris referāt: q̄a oēs ordinati aut ꝯficiunt sacramētū: aut deseruiūt ꝯficiēti: debent carē dissione que opponit̄ sacramento vnitatis. et ideo nō licebit mīstris ecclesie īterficē. sanguinē effundē. mēbrū mutilare. Mīstris v̄o veteris testamēti: q̄ erāt mīstri timoris ad cohercēdū a malo: et p̄ ꝯña mīstri dissionis aīaꝝ a malis ꝯpetebat auctoritas ⁊ executio īterfectiōis. vñ p̄z solo ad p̄mas auctoritatꝭ obiectas de mīstris veteris te. Ad illud v̄o beati Cypriani: ꝙ post aduentū xp̄i p̄cepta iudicioꝝ sanguīs seruāda sunt. ꝯcedēdū ꝙ tpe grē sūt seruāda: s̄ nō a mīstris spūaliū ⁊ sacramētoꝝ: q̄ sunt mīstri mīe ⁊ māsuetudīs ⁊ repātatores unionis. s̄ ut p̄ncipib⁹ mūdanoꝝ q̄ seueritatis legal' imitatores sunt mīstri separatōis ⁊ cohertiōis a malis. Ad illud Criso. dō. ꝙ improprie dr̄ Petr⁹ homicidiū fecisse. hic enī dr̄ res fieri illo tropo q̄ ī scriptura fieri dr̄. cū predicit̄: vl' īnotescit. Petr⁹ g̊ dr̄ Ananiā ⁊ Saphirā interfecisse. q̄a eoꝝ mortē quā dyabol⁹ efficere debebat: p̄dixit ⁊ eām. s. culpā patefecit vñ ī actib⁹ dixit Saphire. Ecce pedes eoꝝ q̄ sepelierūt viꝝ tuū ad hostiū sunt ⁊ efferēt te. et statim expirauit. Ad illud aūt beati Grego. dō. ꝙ aliud ē īcrepādo morti tradē: ⁊ aliud interficē. Tradē. n. morti ē pluribus modis. Uno mō tradere morti īferende ab homine. et hoc mō Petr⁹ nō tradidit Ananiam ⁊ Saphirā. Alio mō tradere morti inferēde a demone. et illō tradere ē excoīcare et hoc modo tradidit Paul⁹ ⁊ etiā Petrus sathane: s̄ nō intentōe occisionis: s̄ intētōe punitōis ad correctōem alioꝝ: sic Petrus. vl' ad correctionē eoꝝdē sic Paul⁹. p̄ª ad Thi. .i. vbi dic̄. Q̄s Hymeneū ⁊ Alexādrū tradidit sathane. vt discant nō blasphemare. Et p̄ª cor. 5. De fornicatore iudicaui eum qui sic opat⁹ est tradere sathane ī interitū carnis: ut spūs saluus fiat. Ad illud v̄o btī Hie. dō. ꝙ dr̄ia est inter mīstros veteris legis ⁊ noue: nō solū ī his que dicta sunt quātū ad dr̄iam seueritatꝭ ⁊ mīe: q̄a illi p̄ncipales seueritatis. isti mīe sunt mīstri. s̄ etiam ī iudicio seueritatꝭ: q̄a isti gladio spūali. illi v̄o gladio

materiali iudicia exequūt̄. isti v̄bo. illi ferro isti v̄bo qd̄ ē gladi⁹ spūs ad dissionem aīe ⁊ spūs. i. īordinatōis sensualitatꝭ a rectitudīe rōnis ad Hebre. 4. Illi v̄o ferro. i. mālī gladio ad dissionē anime ⁊ corporis hoc ē vite aīalis. Uñ nō ꝙ sicut p̄us ē qd̄ aīale ē. de inde qd̄ spūale. p̄ª cor. 15. ⁊ uita aīalis p̄usq̄ vita spūalis. Uitā aūt aīalem dico que est in vnione anime ⁊ carnis. vitā v̄o spūalē in ordinatōe sensualitatꝭ que dr̄ aīa: ⁊ rōnis q̄ dr̄ sp̄s. ita misteriū dīne iusticie distributū ē ministris veteris testī ī gladio māliī separatōem aīe ⁊ carnis. Mīstris v̄o noui testī ī gladio v̄bi spūali ad dissionē aīe ⁊ spūs. In illo ministerio ē ratio timoris. ī isto rō amoris: hinc dicētib⁹ aplīs. ecce duo gladii. Respōdit dñs. Satis ē. Ad illud btī aug. Sūma religiōis ē imitari quem colis. dō. ꝙ tria sunt genera opeꝝ dīnoꝝ. s. opa sapīe. potentie. bonitatis. In opib⁹ potētie vt creatiōis ⁊ miracloꝝ. nō querit de⁹ imitatorē. vnde Lucifer q̄a voluit esse silis ī potētia deo: p̄cipitat⁹ ē Isa. 14. Silr̄ nec ī archanis sapīe. Uñ Adam q̄a voluit eē silis ī sciā: de paradiso eiectus ē. Gñ. 3. Eritis sicut dii. Operū v̄o bonitatꝭ alia sunt pietatꝭ ⁊ mīe ī quibus vult ꝙ omnes imitēt̄ eū. Mat. 5. Estote misericordes sic̄ ⁊ pr̄ vester ꝛc. Alia v̄o sunt punitiōis ⁊ vīdicte: ⁊ ī his non vult vt p̄fecti imitent̄ eū ꝓpter duo. ꝓpter sacrm̄ vnionis ꝯmēdādū: qd̄ requirit mīstros ꝯgruos ī q̄b⁹ non īueniat̄ oppō dissionis. Alia ratio est ꝓpter ꝯmēdādā clemētiā sue misatōis ut ī hoc īnuat ꝙ quasi coactus punit. sicut dr̄. 3. Tren. Nō ex corde suo humiliauit ⁊ abiecit filios hoīum. et ītroducūt̄ v̄ba dñi punietꝭ quasi plangētꝭ. Isa. i. Heu ꝯsolabor ō hostib⁹ meis. ut sit et⁹ ꝓpriū de hostib⁹ misereri. Iō mīstri noue legis q̄ debēt eē ī p̄fectiōn imitatōe dei: debēt ip̄z imitari ī ope pietatꝭ: nō ī districtōe seueritatꝭ. Ad illud Leonis ⁊ Grego. dō. ꝙ hoc nō dr̄ ꝓpter hoc ꝙ liceat sacerdoti uel pape arma arripe: s̄ q̄a possūt seculari p̄ncipi cui mālis gladi⁹ ꝯmissus est: armoꝝ sumptionē cont̄ maleficos suadere. sicut illi qui habēt minorib⁹ ⁊ maioribus diuinas leges exponē ⁊ p̄dicare. ī q̄bus p̄cipit̄ secularib⁹ potestatib⁹. maleficos nō patieris uiuē. Exo. 22. et deut. 13. Si audieris in una urbiū tuaꝝ quas dñs deus tuus dabit tibi ꝛc. Et post seq̄tur. Si īueneris certuꝫ eē quod dr̄ ⁊ abhoīatōem hanc ope ꝑpetratā

statim pcuties bitatores illi⁹ ī ore gladii.

Ad aliud qđ obicit de imperatore ꝙ ordi dinaꝛ a papa dđ ꝙ verū ē ꝙ recipit ptātem a papa ad puniēdū maleficos. executionem aūt ptātis accipit a lege a deo. ḡ ꝑ papā recipit auctoritatē ut sit minister legis ⁊ iusticie dine. ſ ab ipa lege auctoritatē usua misterii iusticie. Uñ Aug. ī q̄onib⁹ leuitici. Cū homo iuste occidit lex occidit: nō tu: dic̄ iudici seculari. Si aūt obꝛ ꝙ ille fac̄ cuius auctoritate fit. Uñ papa ⁊ epi q habēt ꝑpositos iudices sanguia videt occidē dđ. ꝙ ē auctoritas iubēdi. ⁊ ē auctoritas īnuēdi. Jn auctoritate iubēdi seqꝛ ille fac̄ cu⁹ auctoritate fit. Jn auctoritate ꝰo īnuendi nō seqꝛ. Est autē auctoritas iubēdi occidere maleficos penes impatorē. Auctoritas ꝰo īnuēdi penes papā ⁊ sacerdotes. Est aūt ista innicio dine legis. vt dictū ē: ꝑdicatio. et vt ꝑncipes legi dine obediant exhortatio. Uñ Ber. ī 4°. li. de ↄsideratōe ad Eugenium. oñdit qualr vterqꝫ gladius est ecclie māłis ⁊ spūalis. et ꝙ ad ipsam ptinet gladius māłis ⁊ spūalis. et ꝙ ad ipsam ptinet gladi⁹ materialis nō q̄tuꝫ ad vsum vel quātū ad iussum ſ quantū ad nutū. Uñ dic̄ hoc modo ad Euge. Qui gladiū mālem tuaꝫ negat: nō satis mihi videt attēdere ꝟbum dñi dicēt. ↄuerte gladium tuū ī vaginā. tuus ḡ ⁊ ipse tuo forsitan nutu et si nō tua manu euaginād⁹. Alioquin si nullo modo ad te pertineret dicētib⁹ aplis. Ecce duo gladii. nō rñdisset dñs. satis est. ſ nimis est. Uterqꝫ ḡ gladi⁹ ecclie ē spūalis ⁊ mālis. ſ is quidē ꝑ ecclesia. ille ꝰo ab ecclia exercēdus. ille sacerdotis. is milit manu. Sꝫ sane ad nutū sacerdot ⁊ ad iussū impatoris. Et ꝑ hoc soluūꝛ omnia obiecta.

Restat querere de genere occisiōis que ī hoc ꝑcepto ꝓhibeatur. Et ex ꝑcedētib⁹ vꝛ ꝙ ꝓhibeaꝛ occisio corporalis: que ē ī sepatōe aīe a corpore. Sꝫ q̄riꝛ vtrū ꝓhibeaꝛ occisio quocūqꝫ mō dicta. vꝫ corporalis ⁊ spūalis. Ad qđ sic. aug⁹. super ps. Noli potare te nō esse homicidā: quādo fratri tuo malū ꝑsuades. Si frī tuo mala ꝑsuades occidis. et ut scias q̄a occidis: audi psalmistā dicētē. filii hominū dētes eorum arma ⁊ sagitte ⁊ lingua eoꝝ gladi⁹ acut⁹.

Jtem exo. zo. super illud. nō occides. glo. Manu vel mēte: uel subtrahēdo subsidiū uita ei cui debes dare. Jtē. 5. Deu. sup illud nō occides. Glo. re vel volūtate. q enī odit fratrē suū homicida ē: vel subtrahēdo qđ potes ꝑstare. Ex his igiꝛ relinquiꝛ ꝙ hic ꝓhibetur homicidiū spūale: qđ ē ī odiēdo. seu malum ↄsulendo. et homicidiū dꝛ nō solūmō ī cōmittēdo. s. ī inferēdo mortē: ſ etiā ī omittendo. s. ī subtrahēdo bñficiū ad ↄseruationem vite ꝓximi. Preterea queriꝛ vtrū isto ꝑcepto ꝓhibeaꝛ occisio quolibet modo dicta. Ad qđ sic. 5. sapie. Os quod mentiꝛ occidit animā. mēdaciū igiꝛ est occisio anime. Si ḡ hic ꝓhibereꝛ quelꝫ occisio spūalis: ꝓhibētur hic mēdaciū. et pari rōne quodlibꝫ peccatū mortale. nā oē pct̄m mortale occisio ē aīe. Si ꝰo diceꝛ ꝙ ñ ꝓhibeꝛ hic occisio spūal nisi illa que ē ꝓximi. Conꝛ. hic ꝓhibeꝛ occisio corporalis sui ⁊ ꝓximi sic supradictū est. ḡ si hic prohibeꝛ occisio spūalis: ꝓhibeꝛ ⁊ sui ⁊ ꝓxi et ita quodlibꝫ pct̄m. qđ q̄a ē falsum: relinqꝛ ꝙ nō ꝓhibeꝛ hic nisi occisio corpalis. Jtē queriꝛ vtrū istud ꝑceptū sit gnāle ad plura ꝑcepta. Ad qđ sic. aug⁹. ↄtra faustū ī li. 1. q̄a iudei nō ītelligebant homicidiū nisi corporis humani: ꝑ quod vita ꝑuareꝛ. Aperuit dñs omnē iniquū motū ad nocēdū frī ī homicidii genere deputari. Sꝫ ī furādo. falsum testando. ⁊ hi⁹ est iniquus mot⁹ ad nocēdum ꝓximo. ḡ furta. falsa testimonia. ⁊ hi⁹ ē iniquus mot⁹ ad nocēdū ꝓximo. ḡ debēt ī homicidii gnē deputari. ḡ cum omne genus homicidii hic ꝓhibeat: erit hoc mādatū generale ad alia: quib⁹ ꝓhibeꝛ ꝓximo nocumētū.

Jtem omnia ꝑuaricatio ↄtra preceptum quodlꝫ 2ᵉ tabule: aut est ↄtra īnocētiā īferēdo nocumētū. aut ↄtra bñficētiā subtrahendo bñficiū. Sꝫ ſᵐ aug. hic ꝓhibeꝛ nocumēti illatio. silꝛ ꝓhibeꝛ subtractio bñficii sicut glo. dic̄. et sicut dic̄ ambrosius ī li. de officiis. Pasce fame morētē. q̄sq̄s enī pascēdo hominē seruare poteris: si nō paueris occidisti. ḡ isto ꝑcepto ꝓhibeꝛ omnis ꝑuaricatio: que ē ↄtra aliquod ꝑceptoꝝ 2ᵉ tabule. ḡ ē generale ad ꝑcepta 2ᵉ tabule. Jtē Hiero. sup Jsa. Oīs iniquitas ⁊ oppressio ⁊ iiusticia iudiciū sanguis ē. et lꝫ gladio nō occidas: volūtate tñ īterficis. Sꝫ iiusticia ⁊ iniqtas generalia sūt ad furtū. falsum testimoniū. mechiā. ⁊ hi⁹. ḡ ista sunt iudiciū sanguis. ḡ ⁊c. Jtem oīa iniqtas ē iudicium sanguis. Omne pct̄m est iniqtas. ḡ omne peccatū iudiciū sanguis est ſm verbum Hieronymi. Est igiꝛ hꝫ ꝑceptuꝫ generale. Jtem ī epla Clemēt homicidioꝝ

tria gr̄ia dicebat bt̄us Petr⁹. Sic enī homici das īterfectores frūz: ita detractores eorum: eosq; odiētes homicidas esse manifestabat. Detractio igit̄ ē homicidiū. Sz omne falsuz testioniū ē detractio. ḡ ⁊ homicidiū est. Est igit̄ hoc p̄ceptū ꝓhibēs falsum testioniuz.

Cont̄. Illud p̄ceptū ↄnumerat̄ cū ceteris et est vnū de decē v̄bis. ḡ nō ↄp̄hendit alia. Sz si extēdēt̄ ad homicidiū sp̄ūale: ↄp̄hēdēt alia. ḡ nō extēdit̄ ad homicidiū corpale.

Itē scādalū est homicidiū sp̄ūale. q2 p̄bz alii occasionē mortis sp̄ūal'. sic dr̄ ad ro. 14. Scādelizati ꝑpter escā noli destruere opus dei. Itē. 1. ad Cor. 8. ī eodē casu dic̄. Si q̄s viderit illū q̄ hz ↄsciam recumbētē ī idolio edificabit̄ ad māducādū ⁊ ꝑibit ī tua ↄsciā frater ꝑpter quem xp̄ūs mortuus ē. Si ergo sp̄ūale homicidiū ꝓhibet̄ h. ꝓhibet̄ h scandalū. Sz scandalum pōt esse p̄cm̄ idolatrie qd̄ est ↄtra p̄mū p̄ceptum. et piurium: qd̄ ē ↄtra 2m. et violatō sabbati: qd̄ ē ↄtra 3m. et inhonoratio: quod ē ↄtra quartum. et sic de aliis. Sic ḡ ꝓhibet̄ h oīs p̄uaricatio alioꝝ p̄ceptoꝝ: quod falsum est. Relīqt̄ igit̄ q̄ nō prohibet̄ h nisi corporale homicidiū.

Itē querit̄ vtrū ꝓhibeat̄ h tm̄ homicidiū man⁹ et cum dicant auctoritates q̄ lex ꝓhibebat manū nō animū. Sz hoc nō erit ī ꝓhibitōe nisi homidiū man⁹.

Cont̄. Aug. Periclose decipiūt q̄ existimāt eos tm̄ homicidas qui manib⁹ hominē occidūt: ⁊ nō poti⁹ eos: per quoꝝ ↄsiliū ⁊ fraudē ⁊ exhortatione hoīes extīguūt̄. Nā iudei nequaq̄ ꝓpriis manibus dñm occiderūt: sic̄ scriptū ē. Nō licet nobis īterficē quēq̄. Mat. 27.

Item Aug. Mors xp̄i iudeis imputat̄: q2 ipsi liguis īterfecerūt dicentes. Crucifige. crucifige. vñ vnus euāgelista dic̄ dñz crucifixū hora tertia. alt⁹ sexta: q2 iudei crucifixerunt eū hora tertia ligua. milites hora sexta manib⁹.

Itē canon Martini pape di. 50. dic̄. q̄ homicidium ↄmittit̄ facto. p̄cepto. ↄsilio. Si dicat̄ q̄ man⁹ quā ꝓhibet lex ē oīs operatio exteri⁹ exp̄ssa Et ita operatio quecūq; vl' coopatio ad mortem alic⁹ h ꝓhibet̄. Querit̄ vtrū ꝓhibeat̄ volūtas. et si ꝓhibet̄: quare nō exp̄mit̄ sicut circa mechiā ⁊ furtū. Q2 aūt ꝓhibeat̄ exp̄sse dic̄ glo. 20. exo. sup illud. nō occides. glo. volūtate.

Item cum nō oīs q̄ odit fratrem: velit ei inferre mortē: vel q̄ ab alio illi īferatur: quare dic̄ Jo. p̄a. 3. Qui odit fratrez suū homicida ē.

So. occisio hoīs vel hōicidiū dr̄ duob⁹ modis. v̄e. s. ⁊ īterpretatiue. Interp̄tatiue duob⁹ modis. Omittēdo si nō s̄bueni: cū videt p̄ximū ī necēitate extrema. Augu. ↄtra faustū. i. li. Istud preceptū quod ē. nō occides: nō seruas. Nō. n. das esuriēti panem. veꝝ si incurras ī eum famelicū: q̄ mori posset: nisi porrigēdo cibū s̄bueniasrā tu homicida teneberis. Cōmittēdo corde. ore. ope Corde odiēdo. 1. Jo. 3. Qui odit fratrē suū ꝛc̄ Ore duob⁹ modis. detrahēdo. sic dic̄ beat⁹ Petrus. Detractores homicidas eē. Malum suadēdo sic dic̄ beat⁹ Aug⁹. Si frī tuo mala p̄suades occidis. Ille q̄ ī sua ↄsciā occidit: q2 vellet nō esse aut nō bñ esse quem odit. detractor occidit p̄ximū ī ↄsciā alienā: ī qua viuebat p̄ bonā opīonem. mali p̄suasor occidit eū ī ↄsciā einsdē ī qua viuebat p̄ bonam volūtatē. ⁊ post morit̄ p̄ p̄cm̄.

Ope scandalizando p̄ malū exemplum. Unde beatus Greg. de p̄lat. Tot mortib⁹ rei sunt: quot ad posteros p̄ditōis exempla trāsmittūt. Uere ↄmittit̄ homicidiū ī corp̄is ⁊ aīe diuisione: qd̄ ↄtīgit trib⁹ modis. necessitate. casu. volūtate. Necessitate euitabili vel īeuitabili. Casu dando operā rei licite vl' illicite. et si licite: aut adhibita diligētia debita. aut nō adhibita diligētia. Et patet ex p̄dcīs quomodo imputat̄. et quomodo non. Et quomodo fit ↄtra hoc preceptum. et quō nō.

Uolūtate aūt iuste ⁊ īiuste. Juste quādo debita causa iustus ordo. iustus aīus iudic' occident'. et ñ est ī hac ꝓhibitōe. Iniuste quando aliquod istoꝝ triū deest. et fit trib⁹ modis. Cōsilio. p̄cepto. facto. sic dic̄ canon Marti. et istud homicidium vl' ⁊ distīcte: ⁊ ꝓprie h ꝓhibet̄. Cum ḡ querit̄ vtrū ꝓhibeat̄ hic occisio quolz modo dicta dō. q̄ ꝓprie h ꝓhibet̄ occisio corporalis. Improp̄e v̄o et ex ↄñti ⁊ īterp̄tatiue occisio sp̄ūal'. Si. n. aīa melior corpore: et uita aīe melior vita corporis. et mors aīe peior morte corporis. Qui ḡ ꝓhibet īferēdā mortē corpalē: multo magis ꝓhibet īferendā mortem sp̄ūalē. nō tñ ꝓp̄e potest dici ab aliquo īferri mors sp̄ūal' alicui: quēadmodū mors corpal'. Mors. n. corpal' īfert̄ alicui p̄ cām ⁊ violētiam. Mors vero sp̄ūalis culpe nō pōt īferri alicui ab aliq̄: nisi p̄ occasiōem: q2 cūpa nō pōt fieri ī nobis nisi nobis volētib⁹ ⁊ cōsentiētib⁹: quāuis occasio possit esse ī v̄bo ⁊ facto. et iō occisio sp̄ūal dr̄ īferri īprop̄e ⁊ interpretatiue: q2 p̄ occasiōem nō per cām.

Ad illud qd̄ obr̄ de mēdacio ⁊ quolibet

peccato mortali ꝙ occisio ē. dō. ꝙ quodlibet
peccatū mortale effectiue dr̄ occisio spūalis:
qa ex quolibet aīa occidit: ꝫ nō formalr̄ nisi
solū illa que sūt occasio alteri peccādi. i. spi
ritualr̄ moriēdi: sic ē mali ꝑsuasio. vel factū
min⁹ rectū ꝑbens alteri occasionē ruine: vel
ꝙ mouat̄ ī ꝯsciā ꝓpria ꝓ odiū. vt ibi nō vi
uar ꝑ amorē. vel ꝙ mouat̄ ī ꝯsciā alterius ꝑ
detractionē. vt ibi nō viuat ꝑ bonā opīonē

Ad illud ḋo qḋ querit̄ vtrū illud ꝓceptū
sit gñale dō. ꝙ nō: imo est spāle. Et ad illud
Aug. ꝙ homicidiū intellr̄ oīs mot⁹ ad nocē
dum intelligēdū cū determiatōe: quo. s. no
cet ꝑsone: nō quo ad res ꝑsone: ꝫ quo ad esse
ipsi⁹ ꝑsone. et iō nō obstat qḋ obic̄ de furto
ꝛ falso testimonio ꝛ aliis. Silr̄ ad aliḋ ḋa
qḋ dic̄ ꝙ sbtractio bn̄ficētie ꝓhibet̄ h̄ ꝛ no
cumētū gn̄alr̄. pꝫ de nocumēto. De sbtracti
one ḋo beneficētie silr̄ dō. ꝙ nō intellr̄ gene
ralr̄: ꝫ sbtractio solū debiti bn̄ficii ī casu ne
cessitatꝭ ex quo mors ꝯtigit. Ad illḋ autē
qḋ obic̄ ḋ iniq̄tate ꝛ iīusticia silr̄ dō. ꝙ illḋ
nō dr̄ gn̄alr̄: ꝫ solū de iniusticia ꝛ iniq̄tate: q̄
ꝑ oppssionē alicui⁹ īfert̄ mors vel accelerat̄
Ad homicidiū. n. ꝑtinet īferre statim mortē
vel accelerare mortē. Ad illud ḋo bti Pe
tri iaꝫ pꝫ rn̄sio. Nā detractio nō dr̄ mors nisi
īterp̄tatiue ꝛ īꝓprie. Ad sequētia ḋo pꝫ
rn̄sio. Nā ꝓhibet̄ ſm̄ ītentionē legis homici
diū volūtatꝭ ꝛ opis: vel cooꝑatōis: quāuis
ꝫ ⁿ ītellectū carnaliū iudeoꝝ ītelligēt̄ solū
de homicidio opis vel cooꝑatōis. Ad vl
timū ḋo qḋ querit̄. s. quare nō ē ꝓhibitio vo
lūtatis distincta circa occisionē sic circa me
chiam ꝛ furtū. rn̄sū ē supra qōe de numero
preceptoꝝ. et infra ampli⁹ declarabit̄.

Ransseundū est

ad sextum preceptum: quo dr̄. non
mechaberis. Circa qḋ ingrēda sunt plura.
Primo vtrū sit ꝓceptū ꝑ̄ tabule vel 2ᵉ.
2° vtꝝ sit ꝓceptū morale legis nature: vl̄
morale disciplīne. 3° vtrū coit⁹ maris ꝛ
femine nullo addito sit ꝓhibit⁹ hoc ꝓcepto.
4° vtrū ꝯcubinari⁹ ꝓhibeat̄. 5° vtrum
coit⁹ fornicari⁹. 6° vtrū coit⁹ īcestuosus.
7° vtrū bigamia. 8° vtrū coit⁹ ꝯiugal̄
īordinat⁹. 9° vtrū mechia mētalis vl̄ cor
poralis ꝓhibeat̄ hoc ꝓcepto. Decimo de
ꝯparatōe hui⁹ precepti ad alia.

Ad primuꝫ obicitur

sic. Deute. 5°. sup illud. non mechaberis. glo.
Adulteriū ꝓhibet carnale vl̄ spūale. et iteꝝ
spūalis fornicatio ē idolatria ꝛ scripturaꝝ
expositio praua. Sꝫ ꝯstat ꝙ ꝓhibitio idola
trie ꝑtinet ad p̄mū ꝓceptū p̄me tabule: ꝛ ꝓ
hibitio praue expositōis scripturaꝝ ad 2ᵐ ꝓ
ceptū p̄me tabule. nō assumes nomē dei tui
ī vanū. ḡ illud ꝓceptū extēdit̄ ad ꝓceptum
illud p̄me tabule. Itē Isidor⁹. Fornicatio
carnis adulteriū ē. fornicatio aīe seruit⁹ ido
loꝝ est. etiā spūal̄ fornicatio de qua dic̄ dn̄s.
Qui uiderit mulierē ad ꝯcupiscēdū eā ⁊c.
Cum igit̄ hic gn̄alr̄ ꝓhibeatur fornicatio: ꝛ
idolatria sit fornicatio aīe: idolatria hic ꝓhi
bet̄. Si dicat̄ ꝙ ꝓceptum illud pōt accipi
lr̄alr̄ ꝛ allegorice. Allegorice acceptū ꝑtinet
ad p̄mā tabulā: ī qua ꝓhibet̄ idolatria ꝛ he
resis: que sunt fornicatio spūal̄. Litteralr̄ ḡ
ītellectū ē preceptū 2ᵉ tabule. Contra. p̄ª ad
Cor. 6. Nescitis qm̄ mēbra uestra tēplū sunt
spūs. s. ꝛ ī eadē epl̄a. c. 3. Si quis templū dei
violauerit disꝑdet illū deus. Inde arguit̄.
Si violatio templi exterioris est sacrilegiū:
ꝛ ꝯtra ꝓceptū p̄me tabule ī q̄ ꝓcipit̄ honor
dei. ḡ multo magis violatio tēpli interioris
ꝛ spūal̄ erit sacrilegiū ꝛ ꝯtra ꝓceptū p̄ᵉ tabu
le. Cum ergo fornicatio corporalis templum
dei spirituale polluat erit sacrilegium ꝛ cō
tra ꝓceptum prime tabule. Itē in ꝓceptis
2ᵉ tabule ꝓhibet̄ lesio ꝛ iniuria ꝓximi. Sꝫ in
simplici fornicatōe nulla ē iniuria ꝓximi. qa
ē cum soluta: que nō ē alicuius ꝓpria: ꝫ sue
potestatꝭ: nec īde aliqua est querimonia. ḡ n̄
ē prohibitio illi⁹ precepti 2ᵉ tabule. So. sic
dr̄ ī 2° Ezech. Liber sacre scripture scriptus
ē ītus ꝛ foris. Intus quātū ad spūalē intelli
gētiā. Foris quātū ad lr̄alē. Si ḡ illḋ ꝓceptū
attēdat̄ quātū ad intelligētiā spūalē: ꝛ hoc
improꝓe: erit illḋ ꝓceptū idem p̄mo ꝓcepto
p̄me tabule: quo ꝓhibet̄ idolatria. uel 2° quo
ꝓhibet̄ heresis: que dicūt̄ fornicatōes. Osee
2°. De synagoga ꝛ heresi auferat fornicatio
nes suas a facie sua: ꝛ adulteria sua de me
dio uberꝝ suoꝝ. Si aūt attēdat̄ illud pre
ceptum 2° mō ꝛ ꝓꝓe: prohibet̄ hic fornicatō
corporalis. et h̄ mō est ꝓceptū 2ᵉ tabule. De
ista aūt fornicatōe que sic ꝓhibet̄ ī h̄ ꝓcepto
dr̄ p̄ª ad Cor. 6. Corpus aūt nō fornicationi
ꝫ dn̄o. Et si obiciat̄ ꝙ ꝓcepta decalogi lit
teralia sunt ꝛ nō allegorica. et iō ꝓceptum
illud solum lr̄ale erit ꝛ nō allegoricū. Dicen
dū ꝙ ꝓcepta decalogi duplicē hn̄t respectū

Unū ad legē lr̄alē: que est lex nālis cuius ex plicatio sunt. et h̄ mō solū sunt lr̄alia. Aliū ad legē figuralē que est lex Moysi in qua ex plicita sunt. que est lex umbre ꝛ imaginaria sicut dr̄ ad hebre. io. et hoc mō allegoricam interpretatōem recipiūt. Ad illad ḃo qḋ obr̄ ī ꝯtrariū de violatōe templi dd. ꝙ nō ē sile de templo mālī ꝛ spūalī. Nam templum māle nō honorat̄ nisi ꝓpter cultū dei. et iō violare illud ē iniuriari deo ꝓprie. ꝓxim⁹ ḃo honorat̄ ꝛ ga ꝓxim⁹: ꝛ ga dei templū. vnde iniuria ꝓximi: ga est ꝓxim⁹: non ē ꝓprie iniuria dei. Iniuria ḃo ga templū dī methaphorice dr̄ iniuria: queadmodū homo vel corp⁹ hoīs dr̄ templum. et ideo methaphorice dr̄ sacrilegiū ꝛ improprie. Ad vltimū quod obiīc dd. ꝙ ī simplici fornicatōe fit iniuria ꝓximo: ga noīe ꝓximi intellr̄ homo in vtroqꝫ sexu. vn̄ quāuis mulier sit soluta: ꝛ etiā velit hoc: nihilomin⁹ tn̄ ei fit iniuria: quemadmodū si de volūtate tua eēt ꝙ ego interficerē te: nihilomin⁹ tn̄ si ego interficerē te: facerē tibi iniuriā. vn̄ quāuis null⁹ ꝯquerat̄: nihilomin⁹ tn̄ vterqꝫ ledit̄: ga vterqꝫ spūalr̄ interficit̄. et quāuis nō ledet̄ ali⁹ sic ꝯtingit ī pctō mollicieī: illa eadē ꝓhibitōe qua ꝓhibet̄ pollutio alteri⁹: ꝓhibet̄ pollutio sui: quēadmodū ī ṕcepto quo ꝓhibet̄ occisio alteri⁹ prohibet̄ occisio sui.

Deinde queritur

vtꝝ istō ṕceptum sit morale legis nature: aut morale discipline. Ad qḋ sic. Ambrosi⁹ ī li. de pr̄iarchis. Dixit Sarra ad Abraā: ecce nūc conclusit me dn̄s ne parerē. intra ḡ ad ancillaꝫ meā. Gn̄. 16. Considera ṗmū ꝙ Abraā an̄ legem Moysi ꝛ an̄ euāgeliū fuit. et sequit̄. nō ḡ ī legē ꝯmisit Abraā: ꝫ legē ṗuenit. Itēꝫ idem in eodē. De⁹ in paradiso ꝯiugiū laudauerat: non adulteriū damnauerat. Ex his ḡ relinquit̄ ꝙ adulteriū ex lege ē dānabile: an̄ legē ḃo nō erat damnabile. Est igit̄ malum ga ꝓhibitū ex lege. Est igit̄ morale discipline. Cont̄. ad ro. 2. Cū gentes que legē non hn̄t naturalr̄ ea que legis sūt faciūt: ondūt opus legis scriptū ī cordib⁹ suis. ꝯstat ꝙ op⁹ legis scriptū nō pōt intelligi de ṗceptis cerimonialib⁹: nec de ṗceptis iudicialib⁹ ṗlib⁹ que sunt ex institutōe. ḡ hoc intellr̄ ō ṗcepti decalogi moralib⁹. ḡ oīa precepta decalogi sunt moralia legis naturalis. Itē sic ibidē dic̄ glo. Lex nālis est nemini iniuriā īferre. nihil alienū ṗripe: alieno ꝯiugio nō īsidiari Sed omnis adulter insidiat̄ alieno ꝯiugio. ḡ peccat ꝯtra legē nālē. Itē ibidē dr̄ vt breuiter dicat̄. Lex nāl' est nolle ali' facere qḋ tibi nō vis fieri. Sꝫ null⁹ vellet vt ad suā aliquis alius accedēt volūtare ordinata. ḡ quicūqꝫ adulterat̄ trāsgredit̄ legē nālē: quod ꝯcedēdū ē. Ad illud aūt qḋ ṗ obiīc dd. ꝙ illud quod dic̄ Ambrosi⁹ de Abraā: ꝙ nō cōmisit ī legē coeundo cum Agar: veꝝ ē ꝙ h̄ nō fec̄ sua auctoritare ꝫ dīna dispēsatōe. Preterea hoc dic̄ Ambro. ad excusationē illius fcī abrae. cui⁹ intētio ē dicē ꝙ abraaꝫ nō peccauit ꝯtra legē positā: que adhuc nō erat: et hoc ē qḋ dic̄ nō ī lege ꝯmisit ꝫ legeꝫ ṗuenit. Itē nō peccauit ꝯtra legē nālem ga nō affectu implende libidīs hoc egit: sed querēde posteritat̄ ꝛ multiplicatōis hūani generis: quod ꝓcedebat de dictamine legis natural' maxime cū nōdū esset mltiplicatio hominū ad dei cltū. et hoc ē ꝙ dic̄. nō ardore aliquo succensus libidīs ꝯiugalē postposuit thoꝝ ancille ꝯtubernio. ꝫ studio querēde posteritat̄ ꝛ ꝓpagande sobol'. Adhuc. n. post diluuiū raritas erat humani generis. Item nō peccauit ꝯtra legem seu ius rationis. vn̄ ibidē dic̄ ambrosi⁹. ꝙ studiū posteritat̄ erat tempore illo religionis: ne quis n̄ reddidisse videret̄ debitū nature. Ius aūtē rationis dictat vt reddat̄ vnicuiqꝫ qḋ suū est. Ad illad qḋ obr̄ ꝙ de⁹ ante legē adulteriū non damnauerat. dd. ꝙ est damnatio quātū ad culpā ꝛ ad reatū pene eterne. et ē damnatio quantū ad crimen ꝛ reatū ṗn̄tis pene. Et est dr̄ia īter culpam ꝛ crimen. Naꝫ culpa ē pctm̄ quodcūqꝫ. Crimē ḃo ē nisi illḋ quod ē dignū accusatione ꝛ ṗn̄ti punitiōe. Primo mō adulteriū semp fuit dānabile. 2° mō a tpe legis qua ṗcipiebat̄ puniri adulteriū. Unde ambrosi⁹. An̄ legē nōdū interdcꝫ adlteriū videbat̄. pena criminis ex tpe legis erat que crimen inhibuit. nec ante legē vlla est damnatio ꝫ ex lege.

Queritur postmodū

vtrū coit⁹ maris ꝛ femine nullo addito ꝓhibeat̄ hoc ṗcepto. Ad qḋ sic. Dic̄ aug⁹. Qꝛ sicut se habꝫ cib⁹ ad salutē hoīs sic coitus ad salutē hūani gn̄is. Sꝫ sic se hꝫ cib⁹ ad salutē hoīs ꝙ cibi sumptio semper est licita ꝛ non prohibita. ḡ coit⁹ maris ꝛ femine qui est ad salutē humāi generis licit⁹ erit ꝛ n̄ ꝓhibit⁹

Itē qđ ꝓhibet ī p̄ceptis decalogi ē malū ſm ſe. Sȝ coit⁹ nō ē ſm ſe malū. ḡ ꝛc. ꝓbatio medie. null⁹ actus nature ſ^m ſe mal⁹ ē. Coit⁹ ꝟo actus eſt nature. ḡ ꝛc. Item null⁹ act⁹ q nec ex determīatōe cirtūſtātie: nec ex mā debita ē vitupabil:ē malum vel ex gñe vel circūſtātia. Coit⁹ aūt ē hᷓ⁹. Con̄t. i. ad cor. 6. Qui fornicat ī corpus ſuum peccat. Glo. In fornicationis ope tot⁹ homo abſorbet a carne: vt iam dici non poſſit ipſe aīus ſuus eſſe: ſ ſimul totus homo dici poſſit caro. Sȝ opus fornicatiōis quantū ad hoc non plus effic̄ q̄ȝ coitus nō fornicari⁹. coitus igitur de ſe ē actus inordinat⁹. ḡ malū. ḡ alicubi ꝓhibitū: ſ nō alibi q̄ȝ hic. Itē dicunt ſancti q in ope ɔiugali nō dat ſpūs ꝓphie ꝓpter captiuationē rōnis. Coit⁹ igit maris ⁊ femine facit homo nō ſit ī ꝑticipatōe grē. ḡ malū. Uñ Hiero. ſup Mat. Tpe quo ɔiugales actus gerunt p̄ñtia ſpūs ſancti nō dabit: et ſi ꝓpha ꝟe dicat: qui officio generationis obſequit.

Itē dic̄ aug. q ſanctiora ſunt ɔiugia pari voto ɔtinētiū. et dic̄ ad edicīā. Tāto ſācti⁹ ɔiuges manebat in. quanto ſanctiora ɔcordi ter placita ſeruabat: ſic fuit ɔiugiū Marie ⁊ Ioſeph. Ex quo relinquit q receſſus a carnali copula ī ɔiugio eſt acceſſus ad ſanctificationē. ḡ acceſſus ad copulā ē malū. ḡ coit⁹ ſm ſe ē malū. ḡ ꝓhibitū. ſ nō alibi q̄ȝ hic.

Itē omne qđ excuſatione īdiget ſm ſe eſt vitupabile. Sȝ coit⁹ ad hoc q fiat licite: neceſſe ē q ꝑ m̄rimoniū excuſet. vt dic̄ aug⁹. ī ſermone de ꝟbis apoſtoli. ḡ ſm ſe eſt malū: ſiue ī genere. Itē ſi aliq̄ actus addita circunſtantia ē licit⁹: ipā ꝟo remota nō ē licitū ē malū ī gñe. Sȝ coire ſolū addita circūſtantia iſta cū ſua: ſeu ɔiugalī eſt licitū. remota nō. ḡ ꝛc. Go. dđ. q coit⁹ maſculi ⁊ femine q̄ntū ē de ipſo actu bonū ē ꝟe in ſe. In genē ꝟo moris indifferēs ſic̄ comedē ⁊ bibē. quia pōt bñ fieri ⁊ male. Uñ aug⁹. ī li. ɔtra Iouinianū. Uſus nālis ⁊ licit⁹ ē ſicut ī ɔiugio. ⁊ illicit⁹ ſicut ī adulterio. ɔtra naturā ſemper illicit⁹. Sȝ nōndū q indifferēs dr̄ duob⁹ modis. Uno mō q cū de ſe nō ſit malū indifferēter pōt fieri: quēadmodū comedē. ambulare. Alio mō indifferēs dr̄ qđ cū ſit bonum pōt bñ fieri ⁊ male. nō tñ indifferenter pōt exerceri: niſi addita debita circūſtātia. ſicut iurare. qđ nō ē licitū fieri niſi exigēte vel interueniēte debita cā. tale indifferēs ē coire: qđ nō eſt licitū fieri: niſi cū ſua ɔiuge. Et rō

huius eſt q̄a q̄dam actus reſpiciunt ſtatum ſingularis ꝑſone. Quidam ꝟo act⁹ reſpiciūt ſtatū nature vl cauſe vlīſ. p̄mi act⁹ indifferēter p̄ñt exerceri nō addita circūſtātia idebita: quales ſunt q dicti ſunt ambulare ⁊ comedere. Secūdi actus nō poſſunt indifferenter exerceri niſi addita debita circūſtātia. ⁊ hoc ē ꝓpter excellētiā actus reſpicientis cām vlem: ſicut iurare: quod reſpic̄ cam vlem. ſ. p̄mam veritatē. et coire: qđ reſpic̄ cām vleȝ. ſ. multiplicationē ſpēi. Itē notādū q indifferēs dr̄ vno mō nō habēs maiorē īclinationē ad bonū q̄ȝ ad malū vel eɔ⁹. vt ambulare. Alio mō dr̄ indifferēs qđ pōt bñ ⁊ male fieri: tñ magis inclinat ad malū q̄ȝ ad bonum vt iurare. cuius frequētia ſepe uertit ī piculum piurii poſt peccatū. ſilr coire rōne ɔcupīe fomitis magis trahit ad inordinationē libidīs q̄ȝ ad bonū fecūditatis poſt lapſū hoīs. Ad illud ḡ qđ p̄mo obr̄ q oīs coit⁹ eſt actus inordinat⁹. dđ. q coire pōt dicere actū abſolute ꝟtutis gñatiue ad multiplicationē ſpēi. ⁊ ſm hoc nihil ponit inordinatū ꝑut eſſet ī ſtatu nature bñ ɔſtitute. Alio mō poteſt dicere actū cui ɔcreta ē corruptio. Et ſic rōne actus nō dic̄ aliquod inordinatū: ſ naturale bonū. Ratione ꝟo corruptionis cōcrete que ē ei ɔnālis poſt peccatū: ita q conuerſum ſit vitiū ī naturā: ⁊ ɔcomitat actuȝ inordinatio. nō tñ ſequit q omnis talis act⁹ ſit inordinat⁹: ſ q null⁹ ē ſine inordinatōe.

Ad 2^m ꝑ hoc idē pȝ rñſio. q̄a q donū ꝓphetie ſbtrahit ꝑ coitū ɔiugalē: hoc non eſt propter inordinationē ſeu maliciā actus: ſ propter inordinatōem delectatōis ānexe. tñ nō ſeq̄t ex h̄ q coire ſit malū: ſ q̄a ē cū malo. Ad aliud ſilr rñdēdū q ɔiugiū ſācti⁹ dr̄ ī ɔtinētia a carnali copula nō ꝓpter elōgationē ab actu q ē nālis: ſ ꝓpter elōgationē a corruptōe libidīs: q ē nāl ſm quē modum ꝑfecti⁹ dr̄ nō iurare q̄ȝ iurare ex debita cā ñ rōne elōgatōis ab actu ſ rōe elōgatōis a periculo piurii. Ad aliud ſilr pȝ rñſio. q̄a q coit⁹ p⁹ lapſuȝ īdiget excuſatōe: h̄ ē rōe delectatōis ānexe. ñ rōne actus rōne cui⁹ ſoluȝ īdiget debitis circūſtātiis. Et iō ī gñe moris ē īdifferēs. Ad vltimū ex p̄dictis pȝ rñſio Nā q coire ñ ſit licituȝ niſi adhibita debita circūſtātia hoc ñ ē ꝓpter īordinatiōem act⁹ ī ſe. ſ ꝓpter excellētiā ordīs act⁹ q reſpic̄ nō tm̄ ſtatū ſingularis ſ ſtatū nature vlis. ⁊ iō q̄a reſpic̄ ſtatū reipublice: ñ pōt īdifferēter

exerceri nisi adiuncta debita circunstantia: sicut infra declarabit.

Postea queritur de ꝯcubinatu. vtrū ꝓhibeat. est aūt dr̄ia ꝟ ſm leges humanas ꝟ diuinam inter ꝯiugē. ꝯcubinā. meretricē. Nā ꝯiux ē que assumit ī īdiuiduā vite ꝯſuetudinē. Cōcubina que accipit separabilr̄: ſ ad tempus ad querēdū ꝓlē. Meretrix que accipit solū ad explendā libidinē. Secūdū hoc querit vtrū coitꝰ ꝯcubinariꝰ ꝓhibeat hic. Ad qḋ arguit ꝑ exēplū Abrae gn̄. 16. q ꝓpter sterilitatē vxoris sue ingressus est ad agar egyptiā ꝯcubinam: ut ex ea filiū acciperet. Sꝫ ī h̄ laudat abraā. ḡ ꝛc.

Item exemplo Jacob q habuit plures cōcubinas Balā ꝛ Zelphā ancillas Lie ꝛ Rachel. sicut dr̄ gn̄. 26. vn̄ gn̄. 35. dr̄ ꝙ Ruben dormiuit cū Bala ꝯcubina patris. Item exemplo Dauid qui legit placuisse deo habēdo ꝯcubinas. de qbꝰ dr̄. 2. Re. 16. Ingressus est Absalon ad ꝯcubinas patris sui corā uniuerso israel. Itē an̄ institutōeꝫ m̄rimonii inter adam ꝛ Euam. de quo hr̄. 2. gn̄. Dixit dn̄s ad adam ꝛ euam gn̄. 1. Crescite ꝛ multiplicamini. ḡ ex p̄cepto dn̄i habuit adā euā vt sociā ꝓpagande sobolis an̄ institutioneꝫ matrimonii. ḡ habuit eā vt ꝯcubinā. Iteꝫ nullꝰ faciēs ſm p̄ceptū dn̄i peccat. Sed vir ꝯcubinariꝰ cū sua ꝯcubina coiens ꝓpter ꝓlē multiplicandā facit ſm illud p̄ceptū. crescite ꝛ multiplicamini. ḡ nō peccat: ſ fac quod licitum est. Item de lege nālī est vt qḋ in nullius bonis ē occupanti ꝯcedat. vn̄ comedere illud quod nullꝰ iuris ē simplr̄ ē licitū ḡ coire cū illa que nullꝰ iuris ē simplr̄ licitū .s. cū illa que soluta est a lege ꝯiugii. Iteꝫ Aug. Uti re ad illud ad qḋ ē est recte vti. sic vti cibo ꝓpter sustētationē corporis ē recte vti. qa ad hoc ē. ḡ vti coitu ad ꝓcreationē ꝓlis est recte vti. qa potētia ad hunc actum .s. vis generatiua ꝓpter hoc data est. ḡ simpliciter licitus est coitus ꝯcubinariꝰ put ē determinatꝰ est. Itē coitꝰ cū soluta aut ꝓhibet quia ſm se malum est. aut nō qa malū ſ ꝓpter aliqḋ bonū vt ꝓpter bonū obīe ade nō comedere de ligno scie. Si p̄mo modo. ḡ erit ꝯtra legē nālē. qa omne malū ſm se est ꝯtra dictamen legis nālis. Cont. lex nālis determinat coeūdum masculū cum femina ꝓpter multiplicādā spēm: nō aūt determinat suā vel nō suā. Relinquit ḡ ꝙ coire non est ꝯtra legē naturalē: et ita nō ſm se malū. Si 2ꝰ mō cū nō ꝓhibeat ī decalogo: qa nō dr̄ nō coibis cū femina: ſ dr̄. non mechaberis. h̄ ē nō coibis cū aliena. nec in alia scriptura. ḡ simplr̄ ē licitū. licitū n. ē quod nullo iure ꝓhibet. Itē cū ista possit se dare ad semꝑ isti ad actū coitus: cū sit soluta poterit se dare ad tempus. ḡ pōt se dare isti ī ꝯcubinā.

Item quare ꝯsensus ad tempus nō excusat coitū sicut ꝯsensus ad semper. Cont. p̄a Cor. 6. Propter fornicationē vnusquisqꝫ suam hēat. et vnaqueqꝫ virꝫ suū hēat. Glo. Propter fornicationē vitādā vnusqsqꝫ habeat suā nō alienā. vxorē nō ꝯcubinā. ḡ coitus ꝯcubinariꝰ ē fornicariꝰ ꝛ illicitꝰ. Iteꝫ Aug. de io. cordis. Nō mechaberis. i. nō ibis ad aliquā aliā p̄ter uxorē tuā. Itē d lege nāli n̄ solū ē liberoꝝ gn̄atō: ſ educatio ꝛ hr̄ditatio. Sꝫ educatio filioꝝ ꝛ hereditatio n̄ pn̄t eē nisi īter pentes sit indiuidue vite ꝯsuetudo. ḡ lex nālis nō approbat coitū: nisi illū qui ē inter ꝯiuges indiuiduā uite ꝯsuetudinē retinētes. Reprobat igit coitū ꝯcubinariū.

Item de lege naturali ē. fac alii quod tibi vis fieri: qḋ dꝫ intelligi de rōe ordinata. Sꝫ de rōne ordinata ꝓ nām vult vir ꝙ affectꝰ mulieris cū qua copulat ei adhereat inseꝑabilr̄. ꝛ eꝯ. ḡ de lege naturali tenēt inuicem inseparabilr̄ adherē. Scōm legē ḡ naturalē nō approbat coitꝰ ꝯcubinariꝰ: ī quo nō ē inseparabil adhesio. So. dḋ ſm aug. in li. de bono ꝯiugali. Cōcubine ad tempꝰ adhibite ꝛ etiā si cā filioꝝ ꝯcubāt iustū faciūt ꝯcubinatū. vn̄ distiguēdū ē ꝙ ꝯcubinatꝰ dr̄ duobus modis. Uno mō assūpta tpalr̄ ad ꝓlem ꝓducendā. Assūpta tpalr̄ dr̄ ad dr̄iā vxoris. ad ꝓlem ꝓducēdā ad dr̄iam meretricis. Gn̄. 22. Cōcubina Nachor peperit ei filios. Alio mō sūpta īsepabilr̄ ad semp. ſ ꝯditōis seruil. P̄rimo mō ꝯcubine nō sunt uxores ꝛ coitꝰ ꝯcubinariꝰ ē fornicariꝰ ꝛ illicitꝰ cōtra legem nālem ꝛ scriptā: sicut ostensuꝫ ē. et ſm se malū. tn̄ qa ē ꝯtra ius publicū nature ad ꝯseruationē: qḋ dictat filioꝝ ꝓcreationē cū educatōe ꝛ hereditatōe: ut ī eis saluet genꝰ humanū: qḋ non posset esse nisi esset copula insepabil parētū. Tū qa ꝯtra ius rationis ꝓuatū: qḋ dictat nō facē alii: qḋ tibi non uis fieri. et facē alii qḋ tibi uis fieri. Uult auteꝫ qlꝫ uir ut affectus eiꝰ cui copulat insepabilr̄ sibi adhereat. ꝛ eꝯ. 2ꝰ modo ꝯcubine sunt uxores. ſ tn̄ nō dicūt uxores ſ ꝯcubine: quia

nō erant ꝑncipales: quāuis ſm ꝟitatē eſſent vxores. vñ .16. gñ. dr̄ ꝙ Sarra dedit Abrae Agar vxorē. ⁊ .30. dr̄ ꝙ Rachel dedit Balā ācillā viro ī ꝯiugiū: ut de ea ſuſciperet ꝓlē. et ſʒ hꝰ ꝯcubinariꝰ coitꝰ ē ꝯiugalis. vñ ſm hoc pʒ rn̄ſio ad illud qꝺ obiiciebaꝛ de exēplis patrū. Abraam. Jacob ⁊ Dauid. Ad illꝺ ꝺo qꝺ obr̄ ꝙ añ inſtitutionē matrimonij dictū ē. Creſcite. rn̄dēdū dupl'r: q̄a aut illud dictū ē p anticipationē vt determinareꝛ iſtitutio ꝑfecta humāe generis. et tūc nulla ē obiectio.

Aut diſtīguēdū ē ꝙ inſtitutio matrimonij q̄tū ad rē que determinaꝛ cū dr̄ maſculum ⁊ feminā creauit eos. et ſeqꝛ. creſcite ⁊ multiplicamī. ⁊ q̄tū ad ſacrm̄: cū dictū eſt h nūc os ex oſſibꝰ meis. et ꝙ ꝑceptū ē ante inſtitutionem matrimonij. Creſcite ⁊ multiplicamini: dictum eſt nō ꝙ añ inſtitutiōeʒ fieret ſʒ poſt. Ad illꝺ qꝺ obr̄ ꝙ fornicator faꝛ ſm illud ꝑceptū dei. creſcite ⁊ multi. ⁊c. ꝺꝺ ꝙ añ multiplicatiōem humani generis fuit ꝑceptū non q̄buſcūq; ſʒ ꝯiugibꝰ vt adā ⁊ Eue. q fuerūt ꝯiūcti p matrimoniū ſtatim pꝰ formatiōem Eue de latere viri. Vñ ſtatī dixit adam. Hoc nūc os ⁊c. ꝓpter hoc relīqt homo patrē ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori ſue. Et gñ. 9. Noe ⁊ filij cū vxoribꝰ ſuis. Poſt multiplicatiōem ho humani generiſ ⁊ ꝑfectiōe i incarnatione xp̄i nō ē ꝑceptū ſʒ idulgētia. pma Cor. 6. Reuertimini ī idipſum. et ſequiꝛ. hoc aūt dico ſm indulgētiā nō ſm imperium. Ad illud qꝺ obr̄. qꝺ in nulliꝰ bonis ē occupanti ꝯcediꝛ. ꝺꝺ. ꝙ nō intell'r de q̄buſcūq; rebꝰ. Nō. n. intell'r de rebꝰ nāli iure coibꝰ: vt ſunt aqua ⁊ aer ⁊ littora: que ſunt nāli iure publica. nec de rebꝰ coibꝰ iure hūano: vt de rebꝰ vniuerſitatꝭ. vt ſunt ī ciuitatibꝰ teatra ⁊ ſtadia ⁊ hꝰ. nec de rebꝰ ſacris ⁊ religioſis. qꝺ enī diui iuris ē ī nulliꝰ bonis eſt. Sʒ intell'r ſolū de rebꝰ appropabilibꝰ vt terra que a nullo ſunt poſſeſſa: ⁊ fere: ⁊ aues ſicꝫ dicꝫ hūana lex. z. li. iſtitutiōnū. de reꝝ diuiſiōe. Vñ pſona rōnal' excipiꝛ: que ad dei imaginē ꝯdita eſt. gñ. 1. ⁊ z. et ſui arbitrij ⁊ ptātis Eccliaſtici. 15. Reliquit eū in manu ꝯſilij ſui. diui iuris ⁊ ſui. vñ nō ꝯcediꝛ occupanti niſi diuo iure ⁊ ꝓpria volūtate interueniente ī ꝯſenſum ꝯiugalē. et ita nō ē ſile de comeſtiōe rei que ī nulliꝰ bonis ē: et de coitu cum ſoluta a lege ꝯiugij. quāuis. n. ſit ſoluta: tñ ē diui iuris ſicut templū ſanctum: q̄a ad imaginē dei. et ſui iuris q̄a liberi arbitrij ⁊ po

teſtatꝭ. Ad illud aug. ꝙ uti re ad illud ad quod eſt eſt recte uti. ꝺꝺ. ꝙ nō ē gñal'r verꝫ: niſi cū vtimur re ad illud ad quod ē licito ⁊ debito mō. Illicitꝰ aūt modꝰ ē vti coitu non ꝯiugal'r. et q̄uāuis ꝓpter ꝓlē fiat nō erit licitū. Vñ aug. de bono ꝯiugali. Sicꝫ ſanctius eſt mori fame ꝙ idolotitū veſci. ita ſanctꝰ defungi ſine liberis: ꝙ ex illicito coitu ſtirpem querere. Ad illud quod poſt querit an ſit malum ſm ſe. ꝺꝺ ꝙ ſic. et cū obiċ ꝙ nō ē ꝯtra legem naturalē. diſtīguēdū ꝙ ē lex nālis a natura generis ſicꝫ diċ Jſidorꝰ. Nāle ē quod nā docuit omnia aīalia ut maſculꝰ cū femina. et hoc mō verꝫ ē. Item eſt lex nālis a nā ſpēi. ſ. rōnalis. ut non facias alij: qꝺ tibi non uis fieri. et fac alij ⁊c. et hoc modo ē ꝯtra legē naturalē: ut ſupra dictū ē. Circa aūt legē zꝰ modo dictā que eſt dictamē rōnis accidit malicia ⁊ pctm̄. Ad illud qꝺ obiċ ꝙ ſoluta mulier pōt ſe licite dare ad ſemp. ḡ ⁊ ad tempus. ꝺꝺ. ꝙ nō ſequiꝛ. q̄a dare ad ſemper ē ſm legem naturalē rōis. Sʒ ſe dare ad tp̄s ē ꝯtra legem naturalē ⁊ diuiā ut ſup̄ dictū ē.

Ad ultimū pʒ ſolo ex iam dictis.

Queritur cōſequenter utrꝫ fornicatio ſimpl'r ꝓhibeaꝛ iſto legis ꝑcepto. et quāuis uideaꝛ reliqui ex ꝑcedentibus: tñ obr̄ ī hūc modū. Nullꝰ actus naturalis ꝓhibeꝛ lege decalogi: ſʒ ſolū actꝰ uitioſus ꝓhibeꝛ ⁊ ꝟtuoſus ꝑcipiꝛ. Sʒ fornicatio ē actꝰ natural'. Ro. 1. Mutauerūt naturalem uſū in eū q eſt ꝯtra naturam. Glo. Natural' uſus ē uiri cū muliere. ḡ nō ꝓhibeꝛ ī decalogo. Itē ſicꝫ diċ augꝰ. Decalogꝰ ē renouatio legis naturalis. Sʒ actꝰ fornicariꝰ ē ſm legē naturalē. ḡ ⁊c. Itē gñ. 38. Cū Thamar remiſit Jude q̄ dederat ei ꝓpter libidinē ſuaꝫ explēdam: dixit. iuſtior me ē: q̄a nō ꝯſtituerat ſe uiri cū ꝓlis ꝓpagande. Itē Oſee ꝑ. Precepit dñs ꝓphe facē filios fornicationū ⁊ accipe fornicariā. Sʒ dñs nō ꝑcepit pctm̄: nec ſm ſe malū. Iteꝫ ſm ius naturale oīa coīa. ḡ ſm ius naturale pōt q̄liber uti q̄libꝫ. ḡ fornicatio nō ē ꝯtra ius naturale. Iteꝫ in his q̄ a iure naturali ꝑcedūt nō ꝯtingit peccare. Sʒ ꝯiūctio maris ⁊ femine ꝑcedit a iure naturali. ḡ ⁊c. Itē ꝑ ad Thi. 4. Exerce te ipm̄ ad pietatē. Ambroſiꝰ. Omnis ſnīa diſcipline xp̄iane in pietate ⁊ miā conſiſtit quam aliquis ſequēs etiam ſi lubricū carnis patiaꝛ ſine dubio uapulabit ſed nō peribit.

ergo nō est mortale pctm̄. ḡ nec ꝓhibetur: cum omne ꝓhibitū mortale sit. Nā veniale pctm̄ nō ꝓhibetur. Itē Aug⁹. ī q̄onib⁹ sup exo. zo. Oīs mechia fornicatio dr̄ etiā ī scripturis. ſ vtrū oīs fornicatio mechia possit dici ī eisdē scripturis nō mihi interim occurrit expssū lectiōis exēplū. Sȝ si omnis fornicatio mechia dici non potest: nisi sit in decalogo ꝓhibita: illa fornicatio quā faciūt: qui vxores nō hn̄t cū femīa que viros nō hn̄t: an īueniri possit ignoro. Contra. Hebre. vltimo. fornicatores ꝛ adulteros iudicabit deus. Sȝ iudicare ibi accipit p̄ odēnare. Si ḡ fornicationis ꝛ adulterii ē silis dānatio: ꝛ silis ꝓhibitio. ḡ cū isto p̄cepto ꝓhibeat adulteriū ꝓhibet silr̄ ꝛ fornicatio. Itē deuter. zȝ. Nō erit scortator d̄ filiis israel. et ꝯstat ꝙ ista ꝓhibitio ē moralis ḡ emanat a p̄cepto decalogi. Sȝ n̄ nisi ab isto ḡ ꝛc. Itē fornicari⁹ act⁹ dr̄ coit⁹ libidinosus. Sȝ oīs talis act⁹ ſm se ē culpabilis. Itē ad idē sunt rōnes sup̄ posite. So. ſm Aug. sup exo. zo. furti noīe bene intellr̄ oīs illicita vsurpatio rei aliene. Nō. n. rapinā p̄misit qui furtū ꝓhibuit. ſ vtiq; a parte totum voluit intelligi quicqd illicite rez ꝓximi aufert: sic profecto noīe mechie oīs illicit⁹ coit⁹ atq; illorū mēbroz nō legitim⁹ vsus ꝓhibitus dȝ intelligi. Ex quo pȝ fornicatione esse ꝓhibitam hoc p̄cepto. Ad ea ḡ que p̄ obiciūt̄ nōndū ꝙ fornicatio ī coitu cū soluta fit duob⁹ mōis. Uno mō ītētōe explēde libidīs ī n̄ sua. Alio mō ītētione ꝓpagāde plis ī nō sua. et vtroq; mō fornicatio ē act⁹ vitiosus. ſ p̄ mō duplr̄. Tū ex inordinatiōe act⁹ circa materiā. Tū ex inordinatōe circa finē. z⁹ mō ex inordinatōe act⁹ circa mām solū. Int̄imēda ḡ ē ꝓpositio qua dr̄ ꝙ fornicatio ē act⁹ nālis. Ad illō ḡ qō obic̄. ꝙ nālis usus ē uiri cū mulie: pȝ r̄nsio ex p̄dictis: qa a nā generis ūbz ē ſȝ quā ē ius qō nā docuit oīa aīalia: vt mascul⁹ cū feīa. a natura spēi que ē rōnalis nō erit nālis vsus nisi sit viri cū muliere sua. vn̄ fornicatio nō est nālis act⁹ hoc mō. peccatū ūo sodomiticū ꝯtra nām ē vtroq; mō. et iō nephandissimū et p̄ hoc pȝ r̄nsio ad z^m. Ad tertiū qō obr̄. ꝙ dixit Judas de Thamar. iustior me ē. dō ē ꝙ abusiua ē ꝯpatio. nō enī p̄ hoc dȝ intelligi fieri ꝯparatio iusticie ad iusticiā: ſ tropice iniusticie minoris ad maiorē. vt fornicatōis que ē ī intētōe plis: ad fornicationē que fit solū volūtate libidinis. Ad quartū dō. ꝙ illud qō Osee dr̄: ꝙ accipet fornicariā: ītellr̄ duob⁹ modis. Uno mō vt intelligat̄ de acceptōe: que ē ī ꝯiugiū. et tūc mulier que prius fornicaria erat iam ꝯiūx effecta est. Alio mō vt intelligat̄ de acceptiōe mulieris que erat fornicaria ad filios generādos. et tūc fornicatio nō dic̄ inordinationē respectu finis: ſ defecta materie debiterq supplet̄ ex dīna iussione vt nō sit vitiosus seu illicit⁹ tal' coit⁹: quō dic̄ btūs Ber. ī li. de dispēsatōe ꝛ p̄cepto. ꝙ istud p̄ceptum recipit dispēsatōem a deo nō ab hoīe ꝛc z^e tabule. Et hoc modo r̄ndet̄ ſm ꝙ illud ūbum ꝓphe intellr̄ historice. Si autē ītelligat̄ parabolice nihil fac̄ ad ꝓpositū. Ad aliud qō obr̄ ꝙ ſm ius naturale oīa coīa pȝ r̄nsio ex dc̄is ī q̄one p̄cedēte qa illud non ītellr̄ de rebus nisi coīter ad vsum ꝯcessis: ꝛ que nō ptinēt ad esse rei singularis ꝯstituēde vt sunt corpus ꝛ aīa: nec ad eē spēi saluādū ꝛ multiplicādū: vt sunt vir ꝛ mulier. Unde eadē rōne qua spūs carnē ꝛ caro spm̄ vir lege rōis natural' ꝓpam vxorē: ꝛ mulier debz hēre ꝓpum virum. Ad illud qō obic̄: ꝙ cōiūctio maris ꝛ feīe p̄cedit a iure naturali. dō ꝙ verū est. nō tn̄ seqt̄ ꝙ a iure naturali p̄cedat ꝯiūctio quolȝ mō facta: ſ cū debit' circumstantiis. Ad illud qō obr̄ de ambrosio: ꝙ q lubricū carnis patit̄ vapulabit: ſ nō peribit. dō. ꝙ hoc nō dr̄ ad attenuādū pctm̄ fornicatōis: ī qua finalr̄ pseuerās īcurrit penā eternā. ſ hoc dic̄ ad ꝯmēdationē exercitii pietatis qō ualet ad obtinēdā gl'am al' grām liberātē a lubrico carnis. et qa uix ē aliqs q hac ītentione se exerceat: qn obtīeat grām a dīna pietate: et illoz qbus bene fac̄ suffragiis ꝛ orōne dic̄ p̄ expssionē vapulabit: ſ non peribit: cum tamen possibl'e sit ꝛ ꝯtigat se habē alr̄ frequēter. Ad ultimū pȝ r̄nsio ex iam dc̄is qa ꝙ dic̄ aug⁹. se ignorare: an fornicatio alicubi ī decalogo ꝓhibeat̄: ītelligit de expressa probibitōe. et lȝ expresse nō fiat de ea mentio probibet̄ nihilomin⁹ cum dr̄. nō mechaberis sicut rapina: cū dr̄. non furtū facies. qa sicut idem dic̄ aug⁹. a parte totū ītellr̄.

Consequenter queri

tur utrum hic ꝓhibeat̄ coitus īcestuosus. dicunt aūt īcestum coitū ꝯtra legem ꝯsanguineitat' uel affinitat' uel uoto castitat' ꝯmissū. Querit̄ ḡ utrū īcestus ulr̄ h̄ ꝓhibeat̄. Ad qō sic. Dic̄ aug. Noīe mechie omnē illicitū coitū debere ītelligi. Cum ḡ oīs īcestus sit hi⁹: oīs īcestus h̄ ꝓhibet̄. Contra. Incest⁹ hn̄ potuit

fieri alñ: ꝛ adhuc pōt casu ↄtingere. ꝗ nō est fm se malum. ꝗ nec ī decalogo ꝓhibitū. pbatio medie. qm̄ incestus est coitus cū sorore. Sꝫ talis coitus licit⁹ fuit ī ṗmis filiis. ꝗ alñ incestus nō fuit malū. Itē incestus quē dicim⁹ esse ī coitu ↄstitutoꝝ ī sacris ordib⁹ nō erat illicit⁹ tpe aplōꝝ. ꝗ nō semꝑ fuit malū. ꝗ nec ī decalogo ꝓhibitū. Itē ecclīe orientalis sacerdotes ꝛ dyaconi adhuc hn̄t vxores: ꝛ tñ hn̄t eosdē ordines. Incestus igit̄ nō ē culpabilis apud omnes. ꝗ nō est generalr̄ malū. ꝗ nec in decalogo ꝓhibitū. Item si tēpore Loth ħa esset opīo filiaꝝ. nunqd culpabilis esset incest⁹ filiaꝝ cum patre. Nā cū ncc̄itas multiplicatōis humani gn̄is fec: ꝙ coit⁹ frīs cum sorore esset licit⁹ ī filiis ade. ꝗ ꝛ filiis necessitas faciet licitū esse coitū filie cū patre. Itē Ambros⁹ ī li. de patriarchis. Loth scī filie hāc causam querēde posteritatꝭ hūerūt. ne genus deficeret humanū. et ideo publici muneris gratia ṗuatā culpā ṗtexuit. Sed ↄtra hoc vltimo obr̄. Gn̄. z. Propter h relinquet homo patrē ꝛ matrē ꝛ adherebit vxori sue. ab initio ꝗ ↄditiōis illicita ē copula filii cū matre ꝛ filie cū patre. ꝗ ī decalogo ꝓhibatur. Ro. dō. ꝙ incest⁹ gnalr̄ dr̄ coit⁹ transgrediens limites circa ꝑsonas ordinatas ad multiplicādam nām. ponūt̄ aūt limites lege naturali. lege dīna. sanctiōe ecclīastica. Lege naturali positi sunt limites vt excluderēt p̄r et mater. gn̄. z. Propter hoc relinquet homo patrem ꝛ matrē. ⁊c. Lege dīna postmodū. Leuit. is. vt excluderēt nō solū p̄r ꝛ mater: sed frater ꝛ soror ⁊c. vsqꝫ ad. xi. ꝑsonas. Sāctione ecclīastica exclusē alie ꝑsone rōne ↄsanguineitatꝭ vsqꝫ ad talē gradū sic̄ antiqtus vsqꝫ ad septimū gradū. nūc ħo vsqꝫ ad quintum gnalr̄ rōne affinitatꝭ ꝛ voti castitatis excepte sunt alie ꝑsone tpe grē. Primi ꝗ limites excludūt paucas ꝑsonas: ꝛ hoc ꝓpter necessitatē multiplicande nature. Secūdi limites excludūt plures ꝓpter honestatē multiplicāde nature. Tertii limites excludūt plurimas: iā nō necessaria multiplicatōe ꝑ amplianda caritate ꝛ sacramentoꝝ honestate: ꝓ quo tpe dic̄ aplus. Vellē omnes esse sic̄ ego: ꝛ bonū ē viro mulierē nō tangere. ṗa coꝛ. 7. Ad ṗo ꝗ qd obic̄ dō. ꝙ incestus dic̄ actum inordinatum. vꝫ coitū ↄtra honestatē multiplicande nature. et ideo dic̄ fm se malum: ꝛ h ṗcepto ꝓhibitū. coitus autē frīs cū sorore accidit ꝗ sit incestus: ꝛ ideo nō seqtur. coitus talis aliqñ fuit licit⁹ qa nō erat inordinat⁹. ꝗ incestus ē licit⁹. imo est sophisma accn̄tis. Ad illud qd obic̄ de incestu ↄstitutoꝝ ī sacris ordinib⁹ dō. ꝙ ī spālī nō ꝓhibet̄ decalogo nec lege nālī: ꝫ sanctiōe ecclīastica: que ē euāgelica. Sꝫ ī gn̄ali ꝓhibet̄ inquātū ꝓhibet̄ omnis illicit⁹ coit⁹ siue sit ↄtra nature ordinem: siue cōtra honestatē nature. Ad illud qd obic̄ de sacerdotib⁹ oriētalis ecclesie dō. ꝙ nō est incestus: qa eis nō ē limes positus. Ad illud ħo qd q̄rit̄ de filiabus Loth dō. ꝙ coitus filie cū patre vl̄ filii cū matre ē ↄtra ordinē legis nature. ꝛ ideo semꝑ ē coit⁹ incestuosus ꝛ illicitus. et cā est: qa ordo nature distīguit qd ē a ṗncipio gn̄atōis a comite gn̄ationis. A ṗn° gn̄atōis fili⁹ ꝛ filia. Comites generatōis p̄r ꝛ mr̄. Si ꝗ copularet̄ fili⁹ mr̄i: vel filia patri ↄfundēt̄ ordo nature. qa qd ē a ṗncipio gn̄ationis esset comes generatōis: nec distīguerēt̄ ordines nature. vn⁹ q est ṗncipii generationis ad id qd ē de illo. Ali⁹ q ē ṗncipii generatōis ad comitē generatiōis. Ad illud qd dic̄ Ambro. ī li. de patriarchis. ꝙ publica muneris grā ṗuatā culpaꝫ ṗtexuit. intelligēdum ē: peccatū h diminuit: nō totalr̄ euacuauit. Quia. n. grā humani gn̄is ꝓpagādi: qd credebāt defecisse: cum patre coierunt: ideo excusant̄ a tantu nō a toto.

Post queritur de

coitu cū plurib⁹ vxoꝝ: hic ꝓhibeat̄. et querūt̄ circa hoc duo. Primo gn̄alr̄ vtrū habere plures ꝓhibeat̄ decalogo. 2° spālr̄ de facto abrae ꝛ Jacob: qui plures hūerūt.

Circa primum queritur

vtrū coire cū plurib⁹ vxorib⁹ sit mechari qd nō vr̄: cū legam⁹ sanctos patres. s. Jacob ꝛ Moy. ꝛ Dauid plures habuisse vxores. Sꝫ si hoc. ꝗ Lamech non peccauit. Cont̄. Glo. Prim⁹ Lamech ↄtra nām ꝛ morē adulteriū ↄmisit. Propter hoc querit̄ an habere plures sit ↄtra ius naturale: ꝛ ↄtra illud ṗceptū nō mechaberis. et vr̄ ꝙ nō. qa si hēre vnicaꝫ esset de iure naturali: semper fuisset peccatū hēre plures. qa ↄtra ius naturale null⁹ pōt dispēsare. nec etiā de⁹. qa nō pōt facē contra suam bonitatē. Itē aliqñ fuit licitū ꝛ meritoriū hēre plures: ut in sanctis patrib⁹. Sed qd est ↄtra ius naturale nūqꝫ pōt hn̄ fieri. ꝗ nec meritorie. Itē aug⁹. ī gn̄. 29. Obiciūt̄ Jacob quatuoꝛ vxores. Sꝫ qn̄ mos erat crimē

nō erat. Nūc aūt crimē ē qa mos nō est. ḡ ha-
bere plures mulꝫ ē solū qa ē ↄtra ↄsuetudi-
nem. ḡ nō ē malum ſm se. Cont̄. vox oīuꝫ
ē vox nature. Sꝫ oēs dicunt bonū vnicā esse
vnius. ḡ vnicā esse vni⁹ est de iure naturali
ḡ vnū hēre pl'es ē ↄtra ius naturale. ḡ ſm se
malū. ḡ phibitū ñ nisi ī deca'ogo. ḡ ꝛc. Itē
ratio dictat ꝙ maior dꝫ esse ↄtinētia ī hoīe:
ꝙ̄ ī aliqua volucre. Sꝫ turtur hꝫ⁹ ↄtinētiam
seruat. qa vn⁹ ñ hꝫ nisi vnā. ḡ rō dictabit h̄ ī
hoīe. ḡ ſuādū. ḡ facē ↄt̄ semꝑ fuit ↄt̄ dictam
rōis. et ita malū. Item rō nālis dictat. ne
facias alii qđ tibi ñ uis fieri. Sꝫ vir nō ult ꝙ
mulier vidat carnē suā cū mult̄. ḡ nec ipe dꝫ
videre carnē suam cum mult̄ mulieribus.

So. ad p̄mū dō. ꝙ hēre pl'es adulteriū fuit
Lamech duplici d̄ cā. s. qa ↄtra ius naturale
siue dictamen rōnis. Et qa ↄtra morē hoc est
ↄtra ↄsuetudinē. et etiā ↄtra morē: qa cōtra
īmoderātiā. ex incōtinētia. n. īmoderata pl'es
hūit. Quia ↄtra ius nāle fec̄ peccauit ī deuꝫ
Quia ↄtra morē scandalizauit ꝓximū. Sācti
ho patres nō ↄmiserūt adulteriū: nec pecca-
uerūt ↄtra ius nāle. qa cū eis occulta īspi-
ratōe fuit dispensatū: sicut patebit infra: nec
ↄtra morē: qa iā erat ī ↄsuetudinē tractū. Si
autē queraꝛ dispēsatōis cā: dō triplicē fuisse
cām. Primā ꝓpter multiplicationē cult⁹ dei.
qa tꝑib⁹ illis pauci erāt cltores dei. zª causa
fuit ꝓpter figurā. Cōiugiū. n. figurabat ↄnu-
biū Xp̄i ꝛ eccliē: q̄ multiplicaꝛ ꝑ actiuos ꝛ cō-
tēplatiuos filios: ꝛ mercenarios. qđ figuraꝛ
ī vxorib⁹ Jacob liberis ꝛ āncillis. zª fuit ꝓpter
moderātiā ꝛ tēꝑantiā. Moderate. n. appete-
bāt antiq̄ patres coitū: ꝛ ꝓpter solā ꝓpagati-
onē ad cultū dei. Et ideo dic̄ aug⁹. Qñ mos
erat peccatū nō erat. vt mos dicaꝛ nō soluꝫ
ꝓpter ↄsuetudinē: ꝫ etiā ꝓpter moderamen
Et ꝑ hoc soluiꝛ p̄mū: ꝛ qualr̄ fuerit ↄtra hoc
p̄ceptū ꝛ qualr̄ nō. Ad illud ḡ qđ zº q̄riꝛ
an sit ↄtra ius naturale. distinguēdū ē ꝙ ius
naturale dr̄ triplr̄. Cōmunissime lex creatu-
raꝝ que ↄsistit ī ordine nāꝫ et distributiōe
mutua ſm ꝙ vnū elemētū nō pōt eē sine alio
et ſm ꝙ aug⁹. dic̄ ꝙ iudiciū sūme largitatis
est ꝙ quelꝫ creatura ↄpelliꝛ dare seipsam.
Coīter dr̄ ius nāle ſm Isidoꝝ: qđ nā docuit
oīa aīalia: vt mascul⁹ cum femina. Spālr̄ ꝛ
ꝓprie dr̄ ius nāle: qđ dictat nālr̄ rō faciēdi.
Cont̄ ius naturale p̄ mō dictū nihil ē. Cont̄
ius zº mō dictū ē peccatū sodomiticū. Cōtra
ius nāle zº mō dictū ē oē illud qđ ē ↄtra nāle

dictamē rōnis. dō ꝙ salua dispēsatione ma-
ioris h̄ ē dei hēre plures fuit ↄtra ius nāle zº
mō dictū. et in se malū. Ad illud ergo qđ
obic̄ ꝙ si fuit ↄtra ius nāle semꝑ fuit peccatū
dō. ꝙ nō sequiꝛ. aliqd. n. ē ↄtra ius naturale
eo ꝙ ē malū ſ'ᵐ se. h̄ ē ꝙ nulla cā pōt bñ fieri
vt fornicari. mētiri. et istud nūq̄ pōt nō esse
peccatū. Aliud est ↄtra ius nāle eo ꝙ ē malū
in se: qđ simplr̄ ñ pōt bñ fieri: tñ ex cā ī casu
bñ pōt fieri ꝛ etiā meritorie: vt occidē. ꝛ ta-
le ē hoc. s. hēre plures. Ad illđ ḡ qđ impli-
cabaꝛ: ꝙ nō pōt de⁹ facere ↄtra ius naturale
dō. ꝙ de iure naturali ē ꝟtus ꝛ opus virtutꝫ
Contra ergo ius naturale ſm ꝙ existit penes
essentiā ꝟtutꝫ: nō pōt esse dispēsatio. qa h̄ eēt
ↄtra dei bonitatē ꝛ iusticiā. Circa opus uero
ꝟtutꝫ pōt esse dispēsatio dīna. opus. n. ꝟtutis
ē mutabile. ipsa ꝟo īmutabilis. et ꝑ hoc etiaꝫ
soluiꝛ zº obiectū. Ad illud ergo qđ obr̄ ſm
aug. ꝙ qñ mos erat: nō erat peccatū. dō. ꝙ h̄
nō dr̄ solū ꝙ habere plures ī patrib⁹ nō erat
peccatū: qa nō erat cont̄ ↄsuetudinē: ſ; quia
suppoṅiꝛ cum ipsis fuisse dispensatū. et ideo
ꝓpter dispēsationē nō erat ↄtra ius natura-
le. In hi⁹. n. dictat rō que non facienda: salua
tamen auctoritate supioris.

Queritur postea de

Abraam vtrū ↄmisit adulteriū: cū viuente
vxore ad ancillam ingressus ē. Et dr̄ ꝙ sic ꝑ
hoc qđ dr̄ gñ. Adherebit vxori sue: et erunt
duo ī carne vna. nō dixit vxoribus: ſ; vxoriꝫ
nec dixit. erūt tres ī carne vna ſ; duo tantū.
et hec lex ↄiugii a p̄n⁹. Itē aut Agar fuit
ducta ī vxorē: aut nō. Si fuit ducta ī vxorem
ergo ī indiduā copulaꝫ. ergo peccauit abraā
dimittēdo ipsā. Si dicaꝛ ꝙ h̄ fuit inspiratio
ne dīna. ergo nō erat uxor. Si enim eēt uxor
quomodo fieret inspiratio ad diuortiū: cum
deus coniuges ↄiungat. Itē si fuit vxor.
ergo abraam ↄmisit bigamiam habendo pl'es
ergo ꝛ adulteriuꝫ. sic̄ dr̄ de Lamech. gñ. 4. ꝙ
hñdo pl'es ↄmisit adulteriū. Si nō fuit uxor.
ergo coiuit cū nō sua. ḡ fornicat⁹ ē: et pecca-
duo testes vel tres ad omne testimoniū sufficiāt. Ad qđ lex Deut. 19. In ore duoꝝ ul̃ triū stabit omne ṽbū. Itē Saluator iudeis Jo. 8. In lege ṽra scriptū ē qa ī ore duoꝝ hominū testimoniū veꝝ ē. ego suȝ q testimonium phibeo de me ipso: ⁊ testimoniū perhibet de me q misit me pater. Itē heb. 10. Irritā qs faciēs legē Moysi sine vlla miseratiōe sb duob⁹ ul̃ tribus testibus morit̃. Contr̃. 2. ca. q. 5. canon Siluestri. Presul ñ ↄdēnet̃ nisi cum 72. testibus. Presbr̃ cardinalis nisi ī. 40. dyaconus cardinalis urbis Rome nisi ī. 26. sbdyaconus accolitus nisi ī. 7. testibus. Testes sūt ⁊ accusatores sine aliqua sint infamia. Ad qđ rñdet̃. ꝙ canon beati Siluestri ⁊ ↄsimiles intelligūt̃ de clericis romane ecclīe rōe puilegii spālis. ul̃ ppter īprobitatē q̄rundā q cū ñ sint spectate uite ⁊ sciē ī accusatōeȝ mīstroꝝ dei repente prosiliunt. Quoꝝ uero uita adeo laudabilis est: ut in omnibus appareat imitāda: de quoꝝ assertione nulla dubitatio nasci potest eorum testimonio duoꝝ uel triū qlibȝ iure ↄuinci poterit ⁊ damnari.

Deinde queritur de

idoneitate testiū. Dicit̃ idonea omnis p̄sona
ad testimoniū p̄hibēdū: q̄ iure nō p̄hibet̃. Le
ge aūt diuina nō h̄r expresse p̄hibitio alicuius
p̄sone. ḡ s̃m legē diuinā quelibȝ p̄sona erit ido
nea. Cū ḡ diuina lex sit sup̄ humanā: n̄ poterit
humana lex aliquā p̄sonā inidoneā face ad
testimoniū ferēdū. Cont̃. Scd̃m canonem
⁊ leges humanas plures p̄sone p̄hibēt̃. Pro
hibēt̃ eni infideles p̄ ɔciliū toletanū. z. ca. q.
7. vbi sic arguit̃. Nō pōt erga hoīes esse fidel̃
q̄ deo extitit īfidelis. Judei ḡ q̄ dudū xp̄iani
effecti sunt: ⁊ nūc ī xp̄i fide p̄uaricati sūt: ad
testimoniū ferēdū admitti nō debēt. q̄a sic ī
fide xp̄i suspecti sunt: ita ī testimonio hūano
dubiū hn̄t. Itē ī codē. Infirmari opȝ eorū
testimoniū q̄ ī fide falsi docēt̃: nec eis creden
dū ē q̄ v̄itatis fidē a se abiecerūt. Itē p̄hi
bēt̃ infames. vn̄ btūs Grego. de examinatōe
testiū dic. z. ca. q. i. vbi dic. Q̄ si vilissimi te
stes sunt exhibiti ɔt̃ ep̄m: null⁹ sunt momēti
Quales aūt vel cuius opiniōis ad testimo
niū admittēdi sunt: plurime leges ostēdūt.
vn̄ lex canonizata. ff. dic. Si testes oēs eiusdē
honestat̃ ⁊ extimatōis sint: sequēda sunt oīa
testimonia. 4. ca. q. 3. Itē ī eodē. In testib⁹
fides. dignitas. mores. grauitas ɔsiderāda ē

Itē p̄hibēt̃ minores etate. dic canon. 4. ca.
q. 3. Ad testimoniū infra ānū quartūdecimū
etat̃ sue ɔstituti n̄ admittāt̃. Itē ī eodem
In criminali causa nec accusator errare non
dȝ q̄ ī publico crīe reus erit. aut q̄ minor. zo.
ānis erit. In eadē aūt q̄ōne dr̃. Testes ad te
stimoniū admittēdos n̄ esse cēsem⁹: q̄ nec ad
accusationē admitti iussi sūt. Itē p̄hibēt̃
mulieres. vt. 33. c. q. 5. Auctoritas Ambro. ex li.
q̄ōnū veteris ⁊ no. te. Mulierē ɔstat eē sbie
ctā viri sui dn̄io: ⁊ nullā auctoritatē hȝ: nec
docē pōt nec testis esse: nec fidē dare: nec iu
dicare. Itē decretū fabiani pape. 15. ca. q. 3
Mulieres nec sacerdotes accusare: nec ī eos
testificari valēt. Itē p̄hibēt̃ serui. vn̄ ca.
4. q. 3. lex canonizata. Liberi testes ad causas
postulāt̃ alienas. Itē idonei n̄ vidēt̃ eē te
stes q̄b⁹ impari pōt vt testes fiāt. Cū ḡ fuis
pōt impari vt testes fiāt: n̄ pn̄t eē testes ido
nei. Itē p̄hibēt̃ paupes. vn̄ btūs Grego. z.
ca. q. i. De p̄sonis testificātib⁹ sbti lr̃ querēdū
ē: cu⁹ ɔditōis sint: ⁊ ne inopes sint. Itē p̄
hibēt̃ alienati: q̄a sic dic canon a testimonio
repellūt̃ q̄ repellūt̃ ab accusatōe. ab accusa
tione aūt ⁊ iudicio dictando p̄hibēt̃ alienati
mēte. sic h̄r. 3. ca. q. 7. Itē p̄hibēt̃ inimici. vn̄
beat⁹ Grego. z. ca. q. i. De p̄sonis testificātiū
q̄rēdū ē: ne forte aliquas inimicitias hūisset.

Itē p̄hibēt̃ familiares ⁊ domestici. vn̄ lex
canonizata. c. 4. q. 3. in iure ciuili domestici te
stimonii fidea improbat̃. Itē ī eodē. q. eadē.
Idone⁹ testis pater filio: aut fili⁹ p̄ri nō ē.

Itē canon. q. eadē. Testes ad testimoniū n̄
admittēdos esse cēsemus: quos accusator de
domo sua p̄duxit. Itē p̄hibet̃ testimoniū
alic⁹ ī re sua. vn̄ lex canonica. 4. ca. q. 3. Null⁹
idone⁹ testis ī re sua intellr̃. Itē p̄hibent̃
layci ɔt̃ clericos ferre testimonia: sic̄ ⁊ ab ac
cusatōe. c. z. q. 7. Sȝ illud intellr̃ ī causa crimi
nali. Itē p̄hibēt̃ accusatores ⁊ iudices. vn̄
4. c. q. 4. Null⁹ vn̄ q̄ p̄sumat accusator siml̃ ⁊
iudex eē ⁊ testis. Ex his igit̃ pȝ q̄ duodecim
gn̄a p̄sonaꝝ p̄hibēt̃ a testimonio. vȝ īfideles
infames. pueri. mulieres. serui. paupes. aliena
ti. inimici. domestici. idē ī re sua. layci ɔt̃ cle
ricos. ⁊ cū accusatorib⁹ iudices. Querit̃ ḡ
qua rōne hi⁹ p̄sone ⁊ n̄ alie s̃m canones ⁊ le
ges nō idonee ad testimoniū iudicēt̃. Itē
obr̃ ɔtra h̄ q̄ō dr̃ de seruis. Nā dr̃. 4. ca. q. 3.
Serui r̄nso tūc credēdū ē: cū alia p̄batio ad
enēdā v̄itatē nō ē. ḡ seruus nō ē repellēd⁹ a
testimonio gn̄alr̃. Itē obr̃ ɔt̃ hoc q̄ō dicit
de mulierib⁹. Nā cū mai⁹ sit īcōpabilr̃ eē te
stem v̄itat̃ diuine: q̄ v̄itat̃ humane. Mulieres
aūt inueniūt̃ idonee ad testimoniū veritat̃
diuine: vt Helysabet. Luce. i. ⁊ Anna. Luce. z. ⁊
multe alie ī veteri testō. ḡ multo forti⁹ īueni
ent̃ idonee ad testimoniū v̄itat̃ humane.
Itē lex canonizata. 15. ca. q. 3. dic. Ex eo q̄ p̄hi
bet lex iulia de adulterio ɔdēnatam mulierē
testimoniū dicē: colligit̃ mulieres testimoniū
ī iudicio iura dicēdi habē. Itē eadē q̄ōe lex
alia. In q̄ōib⁹ lese maiestat̃ audiunt̃ mulieres
ɔiuratōeȝ Sergii Cathiline iulia mulier de
texit: ⁊ Marcū Tulliū ɔsulē ī iudiciū eius in
struxit. Relinqt̃ igit̃ s̃m sanctionē diuinam ⁊
humanā mulieres ī testimōio idoneitatē habē

Itē obr̃ ɔt̃ hoc quod dictū ē de pueris. nā
btūs Brici⁹ voce pueri. 30. dies ab ortu hn̄t
īnocēs p̄bat⁹ ē. ḡ multo magis voce pueri. iz.
vl̃. 13. annoꝝ poterit testimonium dici. Itē
obr̃ ō paupibus. Nam si paupes sunt a testi
monio r̄pellēdi. ḡ sancti viri ⁊ r̄ligiosi: ⁊ etiā
apostoli erūt a testimonio p̄hibēdi: q̄ paupes
sunt nihil hn̄tes. Itē obr̃ ɔt̃ hoc q̄ō dr̃: q̄
domestici nō sunt ad testimoniū admittēdi
Nam dr̃. 35. q. 6. Consanguineos extraneoꝝ
nullus accuset: nl̃ consanguinitatē in synodo

ↄpaueti ꝑꝑ ꝗ ad quoꝝ noticiā ptinēt: vt pr̄ ⁊ mr̄ ⁊ soror ⁊ frat patruus ⁊ auūcul⁹ amita ⁊ matertera. q̄ domestici n̄ sunt a testimonio gn̄alr̄ repellēdi. Itē obr̄ de h̄ q̄ dr̄ ꝙ layci n̄ pn̄t testificari ↄ̄ clericos. Nā xp̄s summ⁹ sacerdos ī testimoniū ↄ̄ se quēlibꝫ admittebat: cū uni dixit Mat. 26. Si male locut⁹ sum testimoniū ꝑhibe de malo. q̄ multo forti⁹ glꝫ sacerdos ⁊ cleric⁹ poterit a quolꝫ accusari.

Itē obr̄ de hoc qđ dr̄ ꝙ null⁹ potest eē testis ī cā ꝓpria. nā dic̄ decretalis titulo de testib⁹. ꝙ canonici nō sunt in testimonio super negocio sue ecclie repellēdi: nisi alia rōabilis causa impediat. R̄. dr̄. ꝙ cu dicat lex dei exo. 23. Nō ī iudicio plurimoꝝ acqesces snīe Et iteꝝ deut. 19. Cū sacerdotes diligentissime pscrutātes inuenerīt falsum testē ↄ̄ frēꝫ suū dixisse mēdaciū: reddēt ei sic̄ frī suo facē cogitauit. Canones ⁊ etiā humane leges rōeꝫ legis ↄsiderātes omnes psonas q̄ pn̄t haberi suspecte de mēdacio ī testimonio ferēdo vel de v̄itate s̄p̄mēda īidoneas ad testimoniū censuerūt. Ad hoc aūt discernēdū ↄsiderauerūt gn̄ ꝙ in psonis testificantiū. mores. naturā. fortunā. aīum. statū. Circa mores ↄsiderauerūt duo: ꝓpter q̄ n̄ debebat fides adhiberi testificāti. errorē ⁊ maliciā. ꝓpter errorem infideles. ꝓpter maliciā infames repellēdos a testimonio sanxierūt. Itē circa nām duo ↄsiderauerūt. etatē ⁊ sexum. ī pueris defect⁹ etat obnubilat rōnē. in mulierib⁹ sex⁹ emollit volūtatē. Inde tam pueros q̄ꝫ mulieres idoneos ad testimoniū n̄ censuerūt. Itē circa fortunā ↄsiderauerūt duo. ↄditionē seruitutis ⁊ aduersitatē paupta. Seruit⁹ hꝫ ānexū dn̄atiōis timorē. pauptas tpalitat amorē: q̄ duo maxime solēt hoīes ad mēdaciū inclinare. Itē s̄m canones ⁊ humanas leges nisi ī casib⁹ determinat seruoꝝ ⁊ paupeꝝ testimōia reprobāt. Itē circa animū duo ↄsiderauerūt ꝑncipalr̄. intellectū ⁊ affectū. ⁊ ī intellectu alienatōēꝫ rōis. ī affectu libidinē volūtat. Itē libidinē discreuerūt p libidinē ire: q̄ ē in odio. ⁊ libidinē ↄcupīe que ē in desiderio. Itē libidinē ↄcupīe ↄsiderauerūt duplr̄. quo ad se ⁊ quo ad alios. ⁊ s̄m hanc distinctionem vitioꝝ ↄtigētiū ex parte aī testificāt quattuor gn̄a psonaꝝ indigna decreuerūt. furiosos ꝓpter alienatōēm rōis. inimicos ꝓpter libidinē volūtat ī irascēdo seu ī audiēdo. sic̄ enim dr̄. 4. c. q. 3. Propter inimicitias testes repelli leges ꝑcipiūt. Itē ꝓpter libidinē volūtat in

ↄcupīa respectu alteri⁹ inidoneos indicant domesticos. ꝓpter h̄o libidinē ↄcupīe respectu sui indicāt quēlibꝫ testē inidoneū ī re sua. Itē circa statū ↄsiderauerūt duo. statū psonaꝝ ex̄ iudiciū: ⁊ statū psonaꝝ ī iudicio. Ex̄ iudiciū ↄsiderauerūt statū laycoꝝ ⁊ clericorum. ⁊ ꝙ ↄsueta ē emulatio stat⁹ laycoꝝ respectu stat⁹ clericoꝝ. ⁊ ideo ī crimīali causa remouēt layci ab accusatōe ⁊ testimonio clericoꝝ s̄m distinctōēm que iam dicet. Item ī iudicio ↄsiderauerūt psonaꝝ distīctionē que ↄsistūt ī iudicio: ⁊ ↄditōes eaꝝ n̄ ↄcurrētes ī aliquā vnam psonā. s̄m ꝙ dic̄ btūs Fabian⁹ .4. c. q. 4. Null⁹ vnq̄ p̄sumat accusator simul esse ⁊ iudex ⁊ testis. Itē beat⁹ Damasus. q eadē. Per se accusatores: p se iudices: p se testes. p se accusati. vnusq̄sꝙ ī suo ordine. Vꝫ ḡ qualr̄ iux̄ legē dei canones ⁊ humāe leges personas p̄dictas inidoneas ad testimoniuꝫ decreuerūt. Diffiniam⁹ igit̄ idoneitatem psone testificāt. idoneitas igit̄ p⁹ testificant ē dignitas psone c⁹ v̄bis debꝫ fides adhiberi absꝙ oī suspitōe mēdacii. inidoneitas vero ē defect⁹ dignitat ī p⁹: c⁹ v̄bis n̄ dꝫ fides adhiberi ꝓpter suspitōem mēdacii. Ad p̄m ḡ qđ obr̄ de seruis r̄ndet p distinctōēm. aut eni seruus manꝫ ī seruitute: aut manumittit̄ trāsiēs ad libertatē. si manumissus ē: pōt recipi ī testimoniū eoꝝ q̄ vidit tpe suitut̄ s̄m ꝙ dicūt leges humāe. si h̄o ē manēs ī suitute: aut ḡ īterrogat̄ d his q̄ ptinēt ad suū dn̄m: aut de aliis. in p̄mo casu n̄ ē r̄cipiēd⁹ ī testimoniū vn̄. 4. c. q. 3. Serui n̄ p dn̄o suo: nec aduersus dn̄m: s̄ p facto suo īterrogari pn̄t. Exceptis tn̄ crīb⁹ trib⁹. vꝫ crīe adulterii. crīe fraudati cēsus. crīe maiestati. vn̄. 12. c. q. 2. Serui ī pro nos testificari n̄ pn̄t. nisi ī qbusdā casibus. ⁊ postea exp̄munt̄ s̄m legē: exceptis adulterii crīb⁹. fraudati cēsus accusatōib⁹. ⁊ crimine maiestatis: q ad salutē p̄ncipis ptinēt. Quidā etiā addūt duos casus. vnus ē cum maritus dicit̄ occidisse vxorē. s̄m legē humanam de sicariis. ali⁹ ē cum agit̄ de occiso dn̄o. Si h̄o īterogatus suus de his q̄ ptinēt ad aliū q̄ ad suum dn̄m: aut ē defectus ꝓbatōis: aut n̄. Si ē defect⁹ r̄cipit̄ ad testimoniū. vn̄. 4. q. 3ª. Serui r̄n̄so tūc credēdum ē cum alia ꝓbatio ad eruēdam v̄itatē n̄ ē. Si h̄o n̄ sit defect⁹ ꝓbatōis n̄ erit admittēdus. Ad illud quod obr̄ de mlrībus r̄n̄dit. ꝙ r̄gulr̄ mlr n̄ est admittēda ad testimoniū nisi ī quibusdā casib⁹ in quibus etiam mulieri cōceditur accusare.

vñ distiguit̃ i causa. aut eni causa criminal' est aut ñ criminalis. Si criminalis ñ admit/tit̃ nisi suá aut suoꝶ iniuriá psequat̃: ⁊ i crĩe lese maiestat; i quib⁹ casib⁹ pmittit̃ ei accusa/tio sic hr̃ 15. q. 3. Si ꝟo ñ sit criminalis causa ut pecuniaria vel mr̃imonialis admittit̃ mulier i testimoniũ. Ad illud ꝟo qd̓ obr̃ ꝙ mulier i testimoniũ admittit̃ ꝟitati dĩne dd̓. ꝙ hoc ñ ẽ gñale nec regulare: ſ ẽ pͥuilegium gratie. Priuilegia ꝟo paucoꝶ ñ faciũt legem coẽm. Dat⁹ ẽ aũt spũs pphetie mulierib⁹ ea rõne: qua de muliere ꝟgine: de qua nat⁹ ẽ xp̃us: ne .s. ɔtẽnat̃ muliebris sex⁹: ⁊ ne ppter culpam Eue credat̃ a dñõ reprobat⁹: ⁊ iõ non est ad ɔſtriam trahẽdũ spẽale pͥuilegiũ mulieꝶ. Ad illũ ꝟo qd̓ obr̃ de pueris dd̓ ꝙ pueri ĩfra .14. ãnũ nõ sunt recipiẽdi ad testimoniũ quã diu sunt infra illã etatẽ. Cũ ꝟo illã ptrãsierit pñt ferre testimoniũ de his q̃ i minori etate viderũt: quẽadmodũ ⁊ docẽ ea que ĩ minori etate didicerũt. sic dr̃. 37. di. auctoritate beati Clemẽti. Absurdũ ñ erit si aliqd ex eruditiõe coi ac liberalib⁹ studiis que forte in pueritia attingit ad assertiõem veri dogmatis ĩferat. Ad illud ꝟo qd̓ obr̃ de puero. 30. dieꝶ testi ficãte inocẽtiã bt̃i Bricii rñdet̃. miracula di uina sunt admirãda: ñ ĩ exemplum humane actionis trahẽda. Ad illud ꝟo qd̓ querit̃ de paupib⁹ dd̓ ẽ. ꝙ ẽ paup volũtate ⁊ paup necessitate. Paup necessitate solũ cupit diui tias. paup ꝟo spũ seu volũtari⁹ ɔtemnit diui tias tpales ppter eternas. Jn pͥmo p̃sumptio est vt p pecunia mẽtiret̃. ⁊ ideo ẽ a testimo/nio repellẽd⁹. Jn 2⁹ ꝟo nulla p̃sumptio ẽ. ⁊ iõ ad testimoniũ ẽ maxime idone⁹: cũ de ei⁹ fidõ ⁊ de ꝟitate maxime p̃sumat̃. Ad illud ꝟo qd̓ de domesticis obr̃. aut ꝙ idone⁹ pater filio: vel patri fili⁹ testis ñ ẽ gñalr̃: ɔcedit̃ except' casib⁹ trib⁹. pͥm⁹ casus ẽ ĩ testõ. vñ pater põt esse testis i te. tõ filii testãti. 2⁹ casus ĩ successi one. pater eni ⁊ mater admittũt̃ ad pbãdũ gen⁹ vel etatẽ filii. fm ꝙ dic̃ decretal' ti⁹. de legitimitate q̃ ponit casũ de quodã: qui nu/triebat pueꝶ quẽ dicebat eẽ filiũ suũ nõ legi timũ ſ spuriũ: pcessu tpis duxit vxorẽ q̃dã mulierem: quã dũ nutriret pueꝶ tenebat in domo: ⁊ susceptis ex ea liberis predict⁹ puer dic̃ sehr̃dẽ: ⁊ cũ eis hr̃ditatẽ debere imptiri. Querit̃ quõ illud possit improbari: ⁊ rñdit papa ꝙ credẽdũ ẽ ꝟbo mulieris ⁊ viri. 3⁹ ca sus ẽ ĩ matrimonio. vñ dic̃ decretal' ꝙ pẽtes frẽs. cognati vtriusq; sex⁹ i testimoniũ filii ⁊ filie ad matrimoniũ ɔiũgẽdũ sunt admittẽ di. Ad illud ꝟo qd̓ obr̃ de laycis ꝙ pñt ɔtra clericos testificari. intellr̃ ĩ cã ciuili. in cã ꝟo criminali ñ admittũt̃ nisi cũ distictiõe: q̃ sup habita ẽ qõne de psona accusatoris. ti⁹. vtru inferiores possunt accusare supiores. Ad illud aũt quod obr̃ ꝙ homo nõ põt esse testis ĩ causa sua dd̓. ꝙ cũ clerici introducũt̃ testes pro ecclesia sua: ñ intelligũt̃ esse testes in do/mestico negocio: vel ĩ pprio: ſ p ecclia: q̃ mr̃ ẽ omniũ paupeꝶ. ⁊ rõ ẽ: qa causa ecclesie nõ est cã singuloꝶ canonicoꝶ: ſ cã xp̃i ⁊ paupeꝶ fm ꝙ dr̃. 14. qõne. 2.

Postea querendum

est de fide testib⁹ adhibẽda: ſ hec qõ ɔpetẽti⁹ determinabit̃ infra: cũ queret̃ de pcessu iu/dicioꝶ. Quãtũ g̃ ad vltimũ q̃rit̃ vtꝶ licitũ sit testi p testificãdo pecuniam recipe. Ad qd̓ sic. Aug. ad Macedoniũ. Nõ dꝫ iudex vẽ/dere veꝶ iudicium: aut testis veꝶ testimoni um. Jtẽ aug⁹. ad eũdẽ. Cũ iudicia ⁊ testi/monia: que nec ꝟa nec iusta vẽdẽda sunt: ini qua ⁊ falsa vendũt̃: multo scelerati⁹ pecunia sumit̃: qa scelerate quãuis a volẽtib⁹ dat̃.

Con̄t. 4. c. q. 3. Lex canonizata vẽturis ad iudiciũ p accusatorẽ vt ab his p quos fuerũt postulati sumpt⁹ ɔpetẽter mĩstret̃ etiã si in pecuniaria causa testes sũt ab alterutra pte producẽdi. Sꝫ ad hoc rñsio facilis. Nã ali/ud ẽ p testificatione mun⁹ accipe. aliud sum ptus necessarios pcipe. pͥmũ eni nefas ẽ ⁊ p̃/uaricatio. vñ dic̃ btũs Grego. Si spes mune ris sbtrahit̃ ɔfestim a ɔfessione iusticie rece/dũt. vñ acceptio muneꝶ p̃uaricatio ẽ ꝟitatis vñ ⁊ pro iusto dr̃. Qui excutit suas man⁹ ab oi munẽ iste i excelsis habitabit. et h idẽ ĩtel ligit̃ de iudice. sic hr̃. 11. q. 3. vñ Beda super Mat. Abiit iudas ad sũmos sacerdotes ⁊ cõ stituerũt illi pecuniã ꝛc. Cũ pro munerib⁹ fal/sũ ɔt̃ queliꝫ testimoniũ dicũt: qa pfecto qui p pecunia ꝟitatẽ negãt: dñm p pecunia vẽdũt Jpse enim dixit. Ego sũ ꝟitas. 2ᵐ ꝟo licitũ ẽ. s. supt⁹ nccios pcipe ĩ p̃dicto casu: cũ opꝫ ad locũ remotũ p testĩonio ferẽdo pcedẽ. nemo eni tenet̃ ppriis stipẽdiis militar̃. Si ꝟo q̃rat̃ an teneat̃ restituẽ ea q̃ p testimonio ferẽdo recepit: determinabit̃ infra cum agetur de restitutionibus.

p

Extractatis que

stionib⁹ circa psonas q̃ q̃si eẽntiales

sunt i ɔstitutōe iudicii: ɔñter grendū est de psonis que q̃si secidētalr̃ assistūt iudicio: vt ex pte iudicis assessores ꝛ officiales. ꝛ ex parte ptiū aduocati ꝛ pcuratores. circa qḋ plura querūt. Primo vtꝝ aduocat⁹ teneat̃ ad iustū patrociniū: ꝛ iurisꝑit⁹ ad iustū ɔsiliū indigēti ɔferēdū. 2° vtꝝ iurisꝑit⁹ possit vēdere iustū ɔsiliū ꝛ aduocat⁹. 3° q̃ requirunt̃ ad legitimū aduocatū.

Ad primū sic. Ambro. i li°. de officiis. Grādis culpa ē si te sciēte fidelis egeat: si scias eū sine sumptu esse: ꝛ famē tolerare. erūnas perpeti q egē erubescit: si i cām ceciderit aut captiuitatꝭ suoꝝ aut calumnie: ꝛ nō adiuues. grandis culpa ē iurisꝑito miserabilib⁹ psonis sbtrahere iuris ɔsiliū: ꝛ aduocato sbtrahē patrociniū. Itē medic⁹ tenet̃ paupi lāguidu impendē curā ꝛ ɔsiliū medicine: s'm q̄ dicit btūs Simac⁹. Nō ē grandis dr̃ia vtꝝ letum inferas vel admitras. morte eni lāguidis ꝓbat infligere q hāc cū possit excludē: nō excludit. 83. di. g̃ paupi oppresso iniuste tenet̃ aduocat⁹ impēdē pr̃ociniū pati rōne. Itē dic lex dei. Exoḋ. 23. Si occurreris boui aut asino inimici tui errāti reduc eū. Sꝫ sic dic apostolus. i. Cor. 9. Nūqd de bob⁹ cura ē deo: aut ꝓpt̃ nos vtiq̧ hoc dic. Si g̃ boui inimici erranti tenemur sbuenire. g̃ multo forti⁹ iurisꝑit⁹ paupi ignorāti tenet̃ ɔsulē. Itē dic lex in eodē. Si videris asinū odiēt te cecidisse sub onere: n̄ ptrāsibis: s sbleuabis cū eo. Si g̃ oppresso asino inimici tenet̃ qlibꝫ impēdē adiutoriū s'm legis lrāꝫ. g̃ multo forti⁹ opp̄sso pauperi tenebit̃ aduocat⁹ impēdē patrociniū ad tenēdā cām. Qḋ absolute ɔcedēdū ē. Tenet̃ eni miserabilib⁹ psonis q̄ n̄ hn̄t qḋ tribuant: ꝛ ꝓpter defectū ɔsilii ꝛ patrocinii amittūt cās suas: ꝛ grauāt̃ iniuste: legisꝑiti ɔsiliū: ꝛ aduocati patrociniū. ꝛ h̄ p legē qua tenēt̃ sbuenire īdigētib: tn̄ p legē nāle ꝛ euangelicā q̄ dr̃ Mat. 7. Quecūq̧ vultis vt faciant vobis homines facite illis.

Consequenter queritur vtꝝ officiales assessores ꝛ aduocati possint p ɔsilio iuris seu dictamine ꝛ patrocinio pecuniā recipe. Ad qḋ sic. Symonia ē studiosa volūtas emēdi vel vendēdi spūale. Si g̃ ɔsiliū iuris seu dictamē ꝛ patrociniū spūalia sūt: hec vēdē vel p istis pecuniā sumē symoniacū erit. Itē s'm aug. ad Macedoniū. Nō

dꝫ iudex vēdē iustū iudiciū: nec testis verū testimoniū. g̃ nec aduocat⁹ poterit vēdē iustū patrociniū: vl' iurisꝑit⁹ iustū ɔsiliū. ꝓbatio. sicut eni iustū iudiciū iudici ꝛ veꝝ testimoniū testi ē gratis ɔcessum a deo: ꝛ iō gratis impēdēdū. iuxꝫ illḋ p̄ceptum Mat. 10. Gratis accepistis: gratis date. Silr̃ iustū p̄rociniū aduocato: ꝛ iustū ɔsiliū legisꝑito. Contra Grego. Iustū ē vt illi ɔsequāt̃ stipēdiū q p tempore suā ɔmodāt rei p̄ obsequiū. g̃ cum aduocati ꝛ assessores suū ɔmodēt obsequiū iustū erit vt ɔsequāt̃ stipēdiū. Itē Aug⁹. Sūt psone inferioris loci que ab utraq̧ pte n̄ insolēter accipiūt: sic officialis: cui admonet̃ officiū. et ē i ep'la ad Macedoniū. Itē augustin⁹ ad eundē. Nō ideo dꝫ iudex vēdē iudiciū aut testis testimoniū: q̄ vēdit aduocatus iustū patrocinium: ꝛ iurisꝑit⁹ veꝝ ɔsiliū. R° s'm aug. ad Maceḋ. dicētē de psonis inferioris loci vt officialib⁹ ꝛ assessorib⁹ ꝛ aduocat⁹: q̄ non insolēter tales psone accipiunt: ꝛ ab his extorta p īmoderatā improbitatē repeti solēt data p tolerabilē ɔsuetudinē nō solēt: magis q̧ rep̄hēdim⁹ q talia inusitata repetierūt q̄ q ea de more sumpserunt qm̄ necessarie psone reb⁹ humanis vel inuēt̃ hi⁹ ɔmodia vl' tenēt̃. Distiguim⁹ g̃ circa officiales. Aut eni hēnt certū stipēdiū sibi assignatū aut non hn̄t. Si habēt nihil omnino pn̄t recipe sic dic aug⁹. de hbis dn̄i sup illḋ Luce. 3. Neminē ɔcutiat. ꝛc. Quicūq̧ stipēdia publica de certo ɔseqt̃ si simpli⁹ querit tāq̧ calumniator ꝛ ɔcussor Iohis sn̄ia ɔdēnat̃. Si h̄o non habet. distinguēḋ. q̄ s'm ɔsuetudinē ꝛ morē recipe pōt. p īmoderatā h̄o improbitatē non poterit licite. Vñ aug. Q extorta p īmoderatā improbitatē ab his repeti solēt

Circa assessorē h̄o ꝛ aduocatū distinguit̃ q̄ moderatum salarium recipe pn̄t licite. immoderatū non pn̄t. Moderatū autē salariū atrēdi dꝫ p ɔsideratōeꝫ quatuor. Primū est quātitas cause. 2m labor. 3m scia i assessore ꝛ facūdia i aduocato. 4m ɔsuetudo regionis. Scḋm hoꝝ q̄tuor ɔsideratōem salariū mai⁹ vl' min⁹ dꝫ taxari. Sic eni dic btūs Leo. 61. di. Pro laborib⁹ multis. p morib⁹ castis. p actionib⁹ strenuis p̄miū debet̃. Et iteꝝ sic dic lex canonizata. Arceāt̃ a ꝓfessione aduocatoꝝ q cū graui damno litigatoris ꝛ depdatione potētes inueniūt̃. Nō tn̄ q̄ postq̄ cā icepta ē nullū pactū dꝫ aduocat⁹ facē cū litigatore: s'm q̄ dr̃ i canone. Nō licet aduocato ulli ɔtītū

inire cū eo litigatore: quē ī ꝓpā recepit fidē: nec ex industria iurgiū ꝓtrahē. Ad illō ꝙ qō obr̄ pmo ꝙ iustū ɔsiliū ⁊ patrociniū res spūales sunt vō.ꝙ veꝝ ē s̄ꝫ se ɔsiderata: tñ labor in discepta̅do ī disputando de his que ꝑtinēt ad iuria ɔsiliū ⁊ ad cause patrociniū corporalia sunt. Et iō rōne istoꝝ dicē Aug. ꝙ aduocat⁹ pōt vēdē iustū patrociniū ⁊ legisperit⁹ iustū ɔsiliū. Si aūt sine labore posset legispit⁹ rñdē petēti ɔsiliū: nō ē aliqua ratio quare possit recipe imo qō gratis accipit dꝫ gratis dare s̄ꝫ ꝙ dr̄ Mat.10 Grati accepistis gratis date. Ad illud ꝟo qō obr̄ de iudice ⁊ teste: q nihil pnt recipe: pari rōe nec aduocat⁹ nec legispit⁹. rñdeo dō. ꝙ non ē sile. Nā sicut dicē aug. ad Macedoniū. Judex ⁊ testis inter vtrāqꝫ ptē ad examē adhibeē. Jurispit⁹ ꝟo ⁊ aduocat⁹ ex vna pte ɔsistūt: ⁊ iō nō dꝫ iudex iustū vēdē iudiciū: aut testis veꝝ testimoniū: lꝫ aduocat⁹ vēdat patrociniū iustū: aut legispit⁹ iustū ɔsiliū. Si aūt obiciaē ꝙ officialis aut assessor: s̄m hāc rōnē ñ pnt recipe salarium: qa adhibeē ad examē iudicii inter utrāqꝫ partē. dō. ꝙ ñ debēt accipe salariū sicut pciū iudicii vel examinis: s̄ꝫ solū sicut stipēdiū laboris iux̄ illō Math.10. Dign⁹ ē operarius mercede sua.

Deinde queritur

q̄ requirūē ad legitimū aduocatū. Ad quod hr̄ notādū: ꝙ reqrūē ad officiū legitimū aduocati psona ɔgrua. causa iusta. mod⁹ debit⁹ affect⁹ pi⁹. Circa psone ɔgruitatē dꝫ ɔsiderari bonitas. stat⁹. grad⁹. officiū. ꝓpter defectū bonitatꝭ ꝓhibēē infames. heretici. pagani excoīcati. vñ.3.q.7. Infames ñ pnt esse ꝓcuratores vel cāꝝ patroni. Et iteꝝ ca.4.q.1. dicit ɔciliū. Q oēs infamie maclis respsi.i. histriōes aut turpitudib⁹ sbiecte psone. heretici etiam seu pagani ab accusatōe ꝓhibēē. ꝓhibēē pari rōne ⁊ ab aduocatōe. Jtē ꝓpter defectum stat⁹ ꝓhibēē monachi. vñ dicē Eugeni⁹.16.q.1. Placuit nro coī ɔcilio null⁹ monach⁹ pro lucro terreno nephādissimo ausu de monasterio exire p̄sumat. ⁊ seqē. Neqꝫ ī qbuscūqꝫ negociis sese implicari: sit claustro suo ɔtēt⁹ qa sicut piscis sine aqua caret vita: ita sine monasterio monach⁹. sedeat itaqꝫ solitari⁹ ⁊ taceat: qa mūdo ē mortuus: deo aūt viuus. agnoscat nomē suū. monos eni grece latine vnus achos tristis. inde monach⁹ dr̄.i. vn⁹ ⁊ tristis Sedeat igiē tristis ⁊ officio suo vacet. Ex h̄

intellr̄ ꝙ ñ pnt eē aduocati monachi nisi forte ī cā sui monasterii. et h̄ abbate impāte: sicut dicē decretal' Inno. ex̄ de postl'.c.1. Et idē ītelligiē de regularib⁹ canonicis: sicut diciē ibidē. Jtē ꝓpter idoneitatē grad⁹ ꝓhibēē clerici ī sacris ordib⁹ ɔstituti: ⁊ etiā in minorib⁹ bñficiati. ⁊ hoc coram iudice seculari. vñ dicit ɔciliū lateraneñ. Clerici ī sbdyaconatu ī ordinib⁹ etiā minorib⁹ si bñficiis ecclasticꝭ sustētēē corā iudice seculari ī negociis secularib⁹ aduocati fieri ñ p̄sumāt: nisi ꝓpam cām vel sue ecclesie fuerit ꝓsecuti: aut ꝓ miserabilib⁹ psonis forte que ꝓpas cās administrare ñ pnt. ex̄ de postl'. Corā ꝟo iudice ecclastico dicunt nō esse ꝓhibitos ab aduocatiōe nisi sacerdotes solos. Vñ decretalis Grego.10. Cū sacerdotis sit nullis nocē: oīb⁹ velle ꝓdesse: nō nisi pro seipso ⁊ eccl'ia sua: vel si necessitas īmineat ꝓ psonis ɔiūctis vel miserabilib⁹ sibi ē licitū postulare. Jtē ꝓpter distinctionē officii ꝓhibēē iudex qa sicut dicē beat⁹ Damasus. Accusatores ⁊ iudices ñ idē sunt: s̄ꝫ p se accusati p se iudices. p se testes. p se accusatores. vnusqsqꝫ ī suo ordine. Aduocat⁹ aūt stat ī causa aut ꝓ parte accusatoris: aut ꝓ parte accusati. et hec distinctio hr̄ s̄ꝫ canones. Nō tñ s̄ꝫ legē humanā canonizatā. ff. ti. de postl'. distīstōem aliam. Quidā eni ꝓhibēē omnino postulare. vel ꝓpter etates minores.18. ānoꝝ vel ꝓpter casum vt surd⁹ q ꝓrsus nō audit Alii ꝓhibēē ne ꝓ aliis postulēt vel ꝓpter sexū vt femine. uel ꝓpter casum ut utroqꝫ lumine orbati. ul' ꝓpter notā īfamie ⁊ turpitudīs. hīs psonis ꝓ se allegar̄ pmittiē. ꝓ aliis postulare ꝓhibeē: nisi forte ꝓ certis psonis: ut ꝓ pētib⁹ pro liberis. ꝓ frīb⁹ ⁊ sororib⁹ ⁊ hi⁹. q̄ determināē a iure.3.q.7. Hec igiē sunt attendēda quātū ad ɔgruitatē psone. Ex pte cause reqriē iusticia vt nō foueat cām iniustā. vñ hēē Leuiti.19. Nō facies qō iniquū ē. et ecclastici.4. Pro iusticia agonizare. Ex parte modi debiti reqriē iust⁹ ordo. ⁊ modestus sermo. ut ñ ꝓducat falsos testes ul' sbornatos: nec falsa instrā: nec allegare leges falsas: s̄ꝫ faciat sicut p̄cipiē iuste qō iustū ē exequeris. in quo p̄cipiē iustus ordo. Item modestus sermo requiriē s̄m ꝙ p̄cipiē.28. ecclastici. Auꝝ ⁊ argentū tuū ɔfla: ⁊ ꝟbis tuis facito stateraꝫ: ⁊ frenos ori tuo rectos. ⁊ attende ne forte labaris ī lingua. Item ecclastici.22. ꝓpter hoc dr̄. Quis dabit ori meo custodiā ⁊ sup labia mea signaculū certū: ut nō cadam ex ipsis ⁊

labia mea pdant me. Itē reqrit̄ pter pdicta affect⁹ pi⁹ vt.s.paupes ⁊ pupillos oppssos tueāt̄ s⁹ ꝙ p̄cipit̄. Isa.i. Subuenite oppsso. defendite viduā. Inde ē ꝙ p̄cipit̄ i lege exo. 23. Si videris asinū odiēt̄ iacē sb onere: non ptrāsibis s; sbleuabis cū eo. Si ḡ hec lex seruabat̄ i asino odient̄ oppsso: multo magis erit seruāda i psona paupis uel pupillo p iniuriā oppresso. Ex hac igit̄ lege tenet̄ adoocatus oppssuz paupem releuare. Sic igit̄ terminat̄ hec pars in qua agit̄ de personis q̄ ↄstituūt̄ in iudicio. Ordinis ↄn̄tia requirit īqrere de pcessu iudicii: ppter quod vat̄ lex Leuit. 19. Iuste iudica: pximo tuo nō facies qd iniquū ē nec iniuste iudicabis. Et i ps. Iuste iudicate filii hominū. I qbus manifeste pcessus debit⁹ iudicioꝝ p̄cipit̄: ⁊ iniust⁹ seu īdebit⁹ phibet̄. Preter aūt p̄dictas ↄditiōes q̄ tacte sut circa psonas iudic.rei. ⁊ actoris. ⁊ testis que ptinēt ad debitū pcessuz iudicii: ingrenda sunt ista. De triplici pcessu iudicii. De ordine pcessus iudicii. De inqsitōib⁹ ⁊ purgatiōib⁹. De ↄfessiōib⁹. De pbatōib⁹ in gn̄ali. Spālr̄ de pbatione per testes. De probatione propter presumptionem.

De triplici autem

processu iudicii dic̄ Innod. 3⁹. in ↄcilio gn̄ali Ad corrigēdos excessus: vt de notoriis excessib⁹ taceat̄: trib⁹ modis pōt pcedi. p accusationē. denūciatōem. ⁊ inqsitōem. Et tn̄ in omnib⁹ diligēs adhibeat̄ cautela: ne forte p leue ↄpendiū ad graue dispēdiū veniat̄: sic accusatōem legitimā precedere dz inscriptio sic denūtiatōem caritatiua amonitio: ⁊ inqsitionē clamosa insinuatio p̄uenire. Sz q̄rit̄ in p̄mis ex qb⁹ sanctionib⁹ diuine legis accipit̄ iste triplex pcessus. Nā sic dic̄ Iero. sic illd quod introducit̄ ad pbādū fidē nō hz robur nisi ex testō nouo vel veteri deriuet̄: ita nec iudicialis sanctio auctoritatē videt̄ habere: nisi p nouā vel veterē legē ↄfirmet̄. Item qua rōne iste triplex iudicii pcessus distiguitur merito dubitat̄. Nā intispiti distinguūt sic ꝙ in accusatione agit̄ ad degradationē. et ideo accusator dz se obligare ad talionem vn̄ ppter hoc dic̄ Innod. ꝙ accusatiōez p̄cedat legitima inscriptio. Itē i denūtiatiōe agit̄ ad pniam ⁊ correctionē. et ideo dz p̄cedere caritatiua admonitio. Itē i inqsitiōe agit̄ ad amotionē ab admīstratione. Sz qa ī p̄latis maxime esset periculosuz: si quecunq delatio admittet̄: iō inqsitiōez dz p̄cedē clamosa insinuatio: vt sicut dicit Innod. false ⁊ maligne criminatiōi ianua p̄cludat̄. Sed obr̄. Dic̄ enī beat⁹ aug. ꝙ ī iudiciis seu plectēdo seu ignoscēdo hoc solum bn̄ agit̄ vt vita hominū corrigat̄. ḡ ī pcessu accusatōis male agit̄ nisi agat̄ ad correctionē. Nō ḡ ↄuenienter distinguūt pcessus denūciatōis ⁊ accusatiōis: qa ī vno agit̄ ad correctōem: in alio ad degradationē. Itē dubitat̄ si inqsitionem dz p̄cedē clamosa īsinuatio. ḡ inqsitōem dr̄ p̄cedere denūtiatio. Nō enī videt̄ differre clamosa insinuatio ⁊ denūtiatio. ḡ in pcessu inqsitionis includit̄ pcessus denūciationis. Itē querit̄ quātū a d qd intelligat̄ insinuatio clamosa. Nā si ītelligat̄ quocūq modo. ḡ ad voces vulgi dz p̄lat⁹ descēdē ad inqsitionē: cū tn̄ dicāt iura. ꝙ voces vulgi vane sunt.

R̄ ad p̄mū. ꝙ iste triplex pcessus iudicii accipit̄ ex legib⁹ noui ⁊ veteris testi. Processu s inquisitōis ex Luc. 16. vbi dr̄ de uilico ꝙ defamat⁹ ē apd dn̄m suū. q̄si dissipasset bona illi⁹: cui dixit dn̄s. Quid hoc ē qd audio de te. redde rōnē vilicatōis tue. Et ex li. gn̄. 18. vbi dic̄. Clamor sodomoꝝ ⁊ gomoreorum multiplicat⁹ ē: descēdā ⁊ videbo utꝝ clamorē q uenit ad me ope ↄpleuerint. Ex qb⁹ manifeste pbat̄ ꝙ nō solū cū sbdit⁹: uex etiā cū p̄lat⁹ excedit si p clamorē ⁊ famā ad aures supioris puenerit: dz corā ecclesie senioribus ucritatē diligēti⁹ pscrutari: ut. ff. si rei poposcerit qualitas cognita. discretio culpā feriat delinquētl. Itē pcessus denūtiatōis accipitur ex lege Leuit. 5. ubi dr̄. Aīa que audierit uocē iurātl: testisq fuerit ꝙ uidit aut ↄscius ē: nisi indicauerit portabit iniqtatē suā: sup quē locū dic̄ aug. ꝙ indicari dz ei q potest pdesse: ⁊ n̄ obesse. cū. s. ē tale crimē: de quo aliqs pōt eē testis. qd dic̄ lex testisq fuerit ₰c. Et ista indicatio ē denūtiatio quāuis istud habeat dubitationē sic infra dicet̄. Itē iste processus accipit̄ manifeste ex Math. 18. vbi dr̄. Si peccauerit ī te frater tuus corripe eū inter te et ipm solū. si nō te audierit adhibe unū uel duos. ꝙ si eos n̄ audierit dic ecclesie.

Itē pcessus accusatiōis ex lege accipitur Deut. 25. Si cā fuerit inter aliquos ⁊ īterpellauerīt iudices quē iustū eē psperexīt illi iusticie palmā dabūt: quē impiū ↄdēnabūt impietatl. Ad 2ᵐ dō qd querit dō. ꝙ pcessus p̄dictus distinguit̄ sic. In inqsitōe enī pcedit̄ ad correctōem ex officio seu auctoritate iudici

Uñ Innod.3°. Denūciāte fama vel deferentē clamore plat⁹ officii sui debitū exequat̄ descē dendo.s.ad inqsitōē. In denūciatōē ꝟo ⁊ accusatōē ꝓcedit̄ ad correctionē: s̄ ex alteri⁹ delatōe: que fit duplr̄. vel ad correctiōem fm seueritatē iusticie qualis dz eē in accusatiōe vel ad correctionē s̄ᵐ affectū mīe: qualis debz esse in denūciatōe. Et inde ē φ accusator: qa correctionē querit s̄ᵐ seueritatē obligat se ad talionē. denūciator ꝟo nō. qa correctionē intē dit s̄ᵐ mīam seu pietatē. Preterea ī inqsiti one ɔsiderat̄ discretio ꝟitatl. ī denūciatione affect⁹ caritatl. ī accusatiōe terror seueritatl. Scōm h̄ g̃ dō φ ī hoc triplici ꝓcessu semper intēdit̄ correctio delinquētl si sit ordinat⁹ ꝓ cessus. Ad tertiū dō. φ clamosa īsinuatio ⁊ denūciatio differūt. nā denūciatio fit p de terminatā ⁊ certā ꝑsonā. Clamosa vero insi nuatio indeterminate p famā. vñ sic̄ ī ꝓcessu denūciatōis ꝑsona denūciātl ē loco accusato ris. ⁊ ī ꝓcessu accusatōis ꝑsona accusantl est loco actoris. ita ī ꝓcessu inqsitōis loco aucto ris ē fama seu delatio clamoris. vñ dic̄ Inno 3°. Q̄ ī inqsitōe ē idem actor ⁊ iudex. Sz denū ciante fama vel deferēte clamore plat⁹ officii sui debitū exequat̄. Ex hoc igit̄ pz φ ꝓcessus inqsitōis nō includit ī se ꝓcessuz denūciatio nis. Ad vltimū uero dō. φ clamosa insinu atio ñ intellr̄ s̄ᵐ voces varias vulgi. s̄ s̄ᵐ uo ces ꝑsonaꝝ grauiū ⁊ honestaꝝ. vñ Innod.3°. Si excessus p clamorē ⁊ famā ad aures supe rioris ꝑuenerit: nō qdem a maliuolis ⁊ ma ledicis: s̄ a ꝓuidis ⁊ honestis: nec semel tātū s̄ epe qđ clamor innuit. gñ.18. et diffamatio manifestat. Luce.16. dz corā ecclesie seniorib⁹ ꝟitatē diligēti⁹ ꝑscrutari.

Secundo queritur

De ordine ꝓcessus iudicii. Circa quod nōndū ē φ variat̄ ordo multiplr̄. Aut enī factū ē no toriū ⁊ euidēs: aut latēs. Si euidēs ē: tūc ꝓce diꝫ iudicio sine accusatōe accusatoris: sicut declaratū ē sup̄ q̄ne de officio iudicl. ti°. utꝝ possit iudex sine accusatore iudicare. Si ꝟo factū sit latēs: ꝓcedit̄ ordine ꝑus determīato Quia aut defert̄ crimē p clamorē fame. ⁊ sic̄ sic supdictū ē ꝓcedit̄ ordine inqsitiōis. Aut defert̄ p actionē determinate ꝑsone. et h̄ vel s̄ᵐ viam caritatl: ⁊ tūc ꝓcedit̄ p denūciatōez quā ꝓcedē dz caritatiua admonitio. Aut s̄ᵐ uiā seueritatl. ⁊ tūc ꝓcedit̄ p accusationē: quā debz ꝓcedē inscriptio. Uiā g̃ denunciationis relinqm⁹ īqsitōi seqnēti: cū de ꝓceptl euāge licis agef: qa ibi plēni⁹ pōt inqri. Uiā g̃ īqsiti cnis determinabim⁹ ī sequētib⁹: qa ipsa ꝓ pe accipit̄ ex lege Moysi. s̄lr̄ ⁊ accusatōis. In pñti tñ gñalr̄ de ordine iudicii q̃rit̄. ī quo. s. ɔstituit̄ actor. reus ⁊ iudex. Nā s̄ᵐ humanas sanctiōes ⁊ canones. ordo iudiciari⁹ sic dispo sit⁹ ē: vt ꝑmo actori determinet̄ reqsitio iudicl 2° determinet̄ auctoritas iudicl. 3° seqt̄ citatio rei ⁊ punitio ɔtumad. 4° ɔcedāt̄ exceptiones 5° ɔcedāt̄ recusatōes. 6° formet̄ libell⁹. 7° de terminēt̄ satisdatōes. 8° ɔcedūt̄ dilatōes. 9° seqt̄ litis ɔtestatio cum iuramēto de calūnia Deinde ꝟo sequūt̄ partiū interrogatōes. et si reus negat ītroducūt̄ ꝓbatōes. qb⁹ examina tis snīa fert̄ ⁊ vr̄ iste ordo multiplr̄ peccare. Primo qa fere oīa que añcedūt interrogati onē partiū ñ determināt̄ ī iure dīno. ⁊ tñ ibi ꝑcipit̄. Nō addes qcq̄ vel minues ad ꝟba: q̄ ego loquor. deutl.4. Itē p ista q̄ ꝓcedūt añ q̄ possit discuti ꝟitas: differt̄ iusticia: ⁊ fre quētissime impedit̄: vt uideat̄ fere ī omnib⁹ causis impletū illō Isa.59. Cōuersuz ē retror sum iudiciū ⁊ iusticia lōge stetit: qa corruit ī platea ꝟitas ⁊ equitas nō potuit ingredi. Itē cū lex dei plena sit ⁊ ꝑfecta. vñ Deutl.4. dr̄. Hec ē nostra sapiētia ⁊ intellect⁹ corā po pulo. ⁊ seqt̄. q̄ ē alia gēs vt hēat iusta iudi cia ⁊ vniuersam legē. g̃ ad oē iudiciū termi nādū sufficiūt ꝓcepta iudicialia dei. supfluē igit̄ videt̄ ꝓcedēria: ⁊ ad nocumētū ītrodu cta. Itē vñ habuerūt homines φ supra di uinas leges possēt alias leges condere. Nam in ps. p reprobatione ð añxpo dr̄. Constitue dñe legislatorē sup eos. sciāt gētes qm̄ hoīes sunt. R° dō. φ q̄dam introducūt̄ ad ordi nē iudiciariū ꝓpter necitatē. q̄dā ꝓpter vtili tatē. q̄dā ad repellēdā inigtatē. Propter ne cessitatē ordīs iudiciarii introducunt̄ ea sine qb⁹ ñ pōt iudiciū terminari. ⁊ h̄ determināt̄ ī lege dīna. vt ī ꝑparatoriis ad iudiciū rq̃si tio iudicl ⁊ auctoritas iudicl: ⁊ citatio rei cū pena ɔtumad. De rq̃sitione iudicis dr̄ Deutl.17. Si difficile ⁊ ambiguū iudiciū eē ꝑ speperis: uenies ad sacerdotes leuitici gñis ad iudicē q fuerit ī loco quē elegerit dñs. Et Exo.18. Cum accidēit aliqua disceptatio ueni ant ad me inter eos ut iudicē. Est aūt necīa rq̃sitio iudicl: qa nullus pōt eē iudex ī sua cā. De auctoritate ꝟo iudicl hēt̄ in.16. Deut̄. Iudi ces ⁊ magistros ɔstitues ī portis tuis ⁊c̄. Au ctoritas ꝟo ē ex ipsa ɔstitutione: fm φ dr̄ ad

hebr.5. Nemo sibi sumit honorē ꝛc. ⁊ ex iuris-
dictiōis determinatōe. ſm determinatū locū
vñ dr̄ Deut.16. In omnib⁹ portis tuis ⁊ p sin-
gulas trib⁹ tuas vt iudicēt populū. De cita-
tione ꝟo rei ⁊ pena ꝯtumacis hēt numeri.16.
Misit Moyses ⁊ vocauit Dathan ⁊ abyron
citando eos vt ꝯparerent coram ipō ī iudi-
cio. ibi etiā exp̄mit ꝯtumacia qua dixerunt.
nō venim⁹. ⁊ sequit̄ pena grauissima qua ad
sniam Moysi absorpti sūt a terra. Citatio aūt
necessaria ē: qa null⁹ absens nisi p ꝯtumaciā
dꝫ iudicari. sic sup̄ dictū est. Itē ī ꝓgressu
iudicii nccīa sunt īterrogatio ptiū. īntroductio
probationū. diffinitio cāe. Inq̄sitio neces-
saria ē ad sciēdā partiū intētionē. Probatio
ad ꝟitatis discussionē. Diffinitio ad cause ter-
minationē ꝫm ꝙ dr̄ Deut.17. Cū audieris trāf-
grediētes pactū ⁊ inq̄sieris diligēter: ⁊ verꝫ
esse repereris: educes ad portā ciuitatis ꝛc. ibi
etiā seq̄t. In ore duoꝝ vel trium stabit omne
ꝟbū. Propter vtilitatē vero ⁊ ad repellēdā
iniq̄tate nō discordātia a lege dei īntroducta
sunt ꝫm canones ⁊ humanas leges. quedā in
fauorē auctoris. q̄dam ī fauorem rei. q̄dam ī
suffragiū vtrinsqꝫ. In fauorē enim auctoris
introducit̄ mod⁹ requisitiōis iudicis: ⁊ locus ⁊
auctoritas iudicantis. mod⁹ citatiōis ⁊ puni-
tio ꝯtumacis. que tria quāuis possunt extrahi
a iure diuino: tñ modificant̄ a iure humano.
In fauorē ꝟo rei introducūt̄ exceptiones. re-
cusationes. libell⁹. Exceptiones que elidunt
actionē actoris p̄ncipalr̄ ꝯtra malignitatem
volūtatis. Recusationes que sunt declinati-
ones iudicis ꝓpter suspitionē opposita contra
oppressionē potestatis. Libell⁹ qui ꝯtinet inten-
tionē actoris: ne possit postea īmutare ꝯtra ꝑ-
uersitatē ꝟitatis. In suffragiū ꝟo actoris ⁊ rei
introducūt̄ satisdatōes. dilatiōes. ⁊ in litis
ꝯtestatione de calūnia iuramētū. Satisdati-
ones que dant̄ a reo ⁊ a ꝓcuratorib⁹ actoris
⁊ rei ꝙ vsqꝫ ad finē litis ꝑmaneāt ꝯtra īiustā
declinationē iudicii. Dilatiōes que p̄ncipalr̄
dant̄ ad deliberandū ꝯtra p̄cipitationē cō-
silii. Iuramētū de calumnia quo iurāt ꝑtes
se nō aīo calumniandi agere vel r̄ndere ꝯ̄
ꝑuersitatē doli. Ad illud qđ p̄mo obr̄ dđ.
ꝙ quāuis hec nō determinet̄ in iure diuino:
tñ qa sunt ꝯsona iuri dīno ⁊ ad ꝯseruatōeꝫ
iusticie auctoritatē recipiūt a iure dīno cum
ꝑ legē p̄cipit̄ leuit.19. Iuste iudica ꝓximo tuo
Ad 2m ꝟo qđ obr̄ ꝙ p ista ꝯtingit ꝟitatēꝫ
iusticie impediri. dđ. ꝙ hoc nō ē ex actu p̄di-
ctaꝝ ꝯstitutionū: ſꝫ ē ab vsu iniquoꝝ: p qbus
dr̄ Isa.1. Quō facta ē meretrix ciuitas fidelis
plena iudicii iusticia habitauit ī ea. nūc aūt
homicide argētū tuū versuꝫ ē ī scoriā: vinū
tuū mixtū ē aqua. Ad tertiū dđ. ꝙ lex dei
sufficiēs est ad omnia que sunt necessaria: tñ
qa ē infinita hoīum malicia: iō minister legis
reliquit statuē ⁊ determinare que sunt expe-
dientia. vñ Deut.17. Qui supbierit nolēs obe-
dire sacerdotis imꝑio ⁊ decreto iudicis morie-
tur. Ad 4m dđ ꝙ ministri legis cū ministerio
recipiunt potestatē ꝯdendi leges de hiis que
expediūt iusticie. vñ ꝓuer.8. dic̄ dīna sapiā.
Per me reges regnant: ⁊ legum conditores
iura decernūt.

Conseqenter querē

dum ē de inq̄sitōib⁹ ⁊ purgatōib⁹. quo anteꝫ
ordine sit a p̄lato inq̄sitio faciēda: ex p̄dictis
manifestū ē. Inq̄sitōeꝫ enī dꝫ clamosa insinu-
atio ꝑuenire ꝫm ꝙ dr̄ gñ.18. Clamor sodomo-
rū venit ad me. ⁊ Deut.18. Cum repti fuerint
vir ⁊ mulier q faciūt malū in ꝯspectu dñi ⁊
trāsgrediūt̄ pactū illi⁹: ⁊ hoc tibi fuerit nun
ciatū: cū audieris inq̄re diligēter. De purga
tione autē notādū ē ꝙ purgatio ē de obiecto
crimine īnocētie ostēsio. Vñ sic inq̄sitio perti
net ad p̄latū: ita purgatio ad reū. Purgatio
nis aūt due ponūt̄ spēs. canonica ⁊ vulgaris
Canonica ē que fit ꝑ iuramētū ⁊ bonoꝝ testi
moniū. vulgaris ē que a vulgo est īuenta vt
ferri candētis. aque feruentis: ⁊ monomachie
seu duelli. Circa purgatōem canonicā dubi-
tat̄ vtꝝ vlr̄ debeat fieri ꝑ iuramētū: ⁊ vtꝝ
ad purgationē possit quis cogi. Ad p̄muꝫ
introducit̄ lex deut.21. vbi dr̄ de inuento ca
dauere hoīs occisi ī aliqua ciuitate: ꝙ maio-
res natu ciuitatis illi⁹ venient ad interfectū: ⁊
lauabūt man⁹ suas ⁊ dicēt. Man⁹ nostre nō
effuderūt hūc sanguinē: nec oculi nostri vi-
derūt. ⁊ hoc sup vitulā cesam. Ex qua lege
auctoritas purgatiōis ꝑ iuramētū manifeste
accipit̄. Itē dic̄ canon ex ꝯcilio Ilerdēsi.2.
.q.4. Presbr̄ si a plebe sibi ꝯmissa infamat⁹ fu
erit ad arbitrium sui epī septē collegas sibi
adiūget: ⁊ iurabit in sacro euangelio coram
posito ꝙ crimē illatū nō ꝑpetrauit. Item
ī eodē. Si mala fama de p̄sbro exierit ⁊ accu
satores vel ei⁹ testes legales defuerint cū de-
noīatis sibi vicinis p̄sbris quos scimus nolle
piurare: sacramēto suo famā suā purget.
Contra. Canon btī Cornelii. Sacramentum

batten⁹ a sūmis sacerdotib⁹ vel religs exigi nisi p rara fide minime cognouerim⁹: nec spō te eos iurare repim⁹. z.q.4. Itē in eodem. Nos sacramtū ab epis nescim⁹ oblatū. Ad qd rñdet. q ex his auctoritatib⁹ nō phibent omnimoda iurāmēta fieri a sacerdotib⁹: sed tm incaura: ꝛ ea que p qualibet causa tpali ī iudicio offerūt. Cū sūt populari infamia sacerdotes oppmūt: tūc ad īnocētie sue ostensionē iuramēta vebēt offerre. Un̄ Grego. Si epūs aut qlibet sacerdos a populo accusatus fuerit: ꝛ certi testes inuēti non fuerint q criminis illati ꝟitatē vicant: iusiurandum in medio fiat. ꝛ illū testē pferat de īnocētie sue puritate: cui nuda ꝛ apta sunt oia. ad hebr. 4. Itē dubitatur utꝝ sit qs ad purgationē p iuramētū ꝯpellēd⁹. visum aūt fuit qbusdam q nō ꝓpter religationē iuramenti. Itē ꝓpter canonē Leonis pape. z.q.z. Auditū ē fratres qualr mali hoīes ī me grauia crimina ꝯfinxerūt. Quaobrē ego Leo pōtifex sancte romane ecclesie parifico me. hoc aūt facio: nō legē prescribo ceteris: qua id facē cogāt. Ecce sūm⁹ pontifex se ipm purgat: nec tn̄ ceteris necessitatē purgādi pscribit. vn̄ vat intelligi q satisfactio purgatiōis ī volūtate ꝯsistit accusatinō ī arbitrio iudic. Cont. Canon Leonis pape. z.q.4. Sacerdos si suspitiosus aut incredibilis suo epō aut religs suis ꝯsacerdotibus siue bonis ꝛ iustis de suo poplo hoīb⁹ fuerit ne ī crimine aut predicta suspitōe remaneat: cū trib⁹ aut qnq: aut sex bonis ac vicinis sacerdotib⁹ exemplo Leonis pape: q. iz. epōs in purgatiōe habuit: si suo epō visum fuerit ac necesse eē ꝓpter tumultū populi psperexerit cū iustis ꝛ bonis hoīb⁹ se sacramēto corā poplo sup quatuor euāgelia dato purgatū ecclesie reddat. R⁹ dd. q ī arbitrio iudicis non ī volūtate accusati ꝯsistit satisfactio purgationis. vn̄ vic decretalis Alexādri tertii. q si de aliquo crimine laborat infamia: accusatore ꝛ testib⁹ deficiētib⁹ parrochian⁹ epi ad purgationē ē p ipm epm ꝯpellēd⁹: nisi forte sup ipo ad supiorē iudicē duxerit appellādū. Illud aūt qd vic canon Leonis intellr de successori bus summi pontificis: q n̄ hn̄t supiorē iudicē: s relinquūt vn̄o iudicādi. De forma vero iuramēti canonice purgatōis ꝛ religs circūstātiis: q sūt regrēda iurisptis pt̄ermitim⁹

De uulgari uero

purgationis merito querēdū ē. nā illa videt ortū hre ex vin̄a lege. vn̄ ī numeris. 5. vat lex ꝯtra mulierē suspectā de adulterio: q offerat sacrificiū zelotipie ꝛ oblatio inuestigās adulteriū: ꝛ accipiat aque: ī qb⁹ cū execratōe ꝯgerant maledicta: ꝛ multa que ibi determināt: ꝛ sic dent mulieri ad bibēdū aque ille. ꝛ si rea est ꝯputrescet femur ei⁹. si īnoxia illesa erit ꝛ faciet liberos. ex qua lege videt examinatiōes p ferꝝ candēs ꝛ aquā feruentē ꝓbari. Itē examinatio furti achor facta ē p sortes. Josue .7. ꝛ inqsitio īobediētie seu trāsgressiōis Jonathe. 1. R. 14. Ex quo videt idē ꝓbari. Itē probatio p monomachiā ꝛ p duellū approbari p ꝯflictū Golie ꝛ David. p. R. 17. Itē vic ꝯciliū garimanēse. z.q.4. Sepe ꝯtigit vt monasteriis monachoꝝ furta ppetrēt: idcirco statuim⁹ vt qn̄ ipsi fr̄es de talib⁹ expurgare se debēt missa ab abbate vel ab alio celebretur p̄ntib⁹ fr̄ibus. ꝛ sic expleta missa oēs coīcent in hec ꝟba. corp⁹ dn̄i sit tibi ad ꝓbatiōnē hodie. Itē ī eodem vic canon. Statuit sancta synod⁹ vt si duo de adulterio accusati fuerīt ꝛ ambo negauerīt: ꝛ orāt sibi ꝯcedi vt alter illoꝝ vtroq; vīno purget iudicio. Si vnus inde ceciderit ambo rei habeāt. Ex his igit manifeste ꝓbari videt q deficiētib⁹ ꝓbatiōnib⁹ ꝛ negāte reo: pessint si īualescit suspitio cria p p̄dicta indicia ingri. Itē rōne arguit: cū nullo modo credēdū sit aliquo tēpore ecclesiā errasse: nec ī fide nec ī decretis iusticie. In veteri aūt testamēto concesse sūt hi⁹ examinatōes p exempla ꝛ leges: ꝛ ī nouo testamēto p canonū sanctiones. g n̄ erit aliquo modo vicē ī examinatōe istoꝝ iudicioꝝ ꝯtineri errorē: nec erūt sicut illicita reprobāda. Cont. Dic canon beati Stephi pape. Ferri candentis vel aque feruēti examinatōe ꝯfessionē extorqueri a quolibet sacri nō cēsent canones: ꝛ q sanctoꝝ patꝝ documēto sācitū nō est: supsticiosa adinuētōe nō ē p̄sumēdū. z.q. .4. Itē idē ibidē. Spontanea ꝯfessione vel testiū approbatione publicata delicta ꝯmissa sunt. nr̄o r̄gimini iudicar. occulta ꝟo īcognita illi sūt r̄linquēda: qui sol⁹ nouit corda filioꝝ hominū. Cū g examinatio p hi⁹ iudicia n̄ sit de his que possunt iudicari p ꝓpriā ꝯfessionē vel testiū approbationē. g in omnib⁹ hia iudiciis usurpam⁹ nobis ea que diuino iudicio fuerant r̄lināda: quod est temptar deū: cū tn̄ prohibitū sit 6. Deut. Nō tēptabis dn̄m deū tuum. Itē decretū Nicolai pape ī eodem. Monomachiā ī lege n̄ assumim⁹: quā p̄ceptā

fuisse ñ repim⁹: quā lz inuisse quosdā legam⁹:
sic sanctū Dauid ⁊ Goliā sacra ꝓdit historia
ꝑ. R. 17. nusq̄ tñ vt ex lege teneat alicubi di/
uina sensit auctoritas: cū h ⁊ hi⁹ sectātes deū
solū temptare videāt. ḡ hi⁹ iudicia: sunt pe/
nit⁹ reprobanda: ⁊ purgatio ꝑ talia. Qđ ꝯce
dēdū ē sm decretalem Innoc. tertii: ī qua de
templariis q ī sbditos hi⁹ exercebāt dic. Fres
templarioꝝ quosdā sbditos qñ de aliquo cri
mine infamāt: eos ferri candent iudiciū sbir
ꝯpellūt. qb⁹ ⁊ si qua exinde sequat exustio ci/
uilē penā infligūt. cū tñ hi⁹ iudiciū sit penit⁹
interdictū: vtpote ī quo de⁹ temptari videt

Ad illud ḡ qđ primo obᵗ de sacrificio ze/
lotipie dō. ꝙ lex illa introducta ē sm pmissio
nē nō sm ꝯcessionē: sm quā dīna lex ⁊ huma
na pmittit minora mala fieri ne fiant peiora.
eū quē modū oblatio libelli repudii introdu
cta ē ꝓpter seuiciā iudeoꝝ q erant ꝓni ad in
terfectionē vxoꝝ. sili modo ⁊ lex zelotipie ne
valescēte suspitiōe adulterii perimerēt vxo
res. Qđ aūt ꝑ pmissionē introductū est ñ dz
trahi ad imitationē. Ad illud vo qđ obicit
ꝯfiter de Achor ⁊ Jonatha ⁊ Dauid. dō. ꝙ
illa facta scripta sunt ñ ad exēplū rei faciēde
s ī figurā rei future. i. Cor. 10. Oīa in figura
ꝯtingebāt illis. Inqsitio enī ꝑ sortē: que facta
ē ad inuestigādū pctm̄ Achor ⁊ inobediētiā
Jonathe figurat futurꝝ ⁊ gnāle iudicium: qđ
ex inspato pctōrib⁹ suꝑueniet: sic iudiciū qđ
ꝑ sortē ē ab hoīe preuideri ñ pōt. vñ. 2. Pe. 3.
Dies dñi veniet sic fur. Silr ꝯflict⁹ Dauid
⁊ Golie sigt misteriū passionis dñice: in quo
spūalis Dauid xp̄s de Goliat. i. dyabolo ue/
lut duelli certamine triūphauit. vñ ⁊ omnia
hi⁹ facta sunt dīna inspitatōe in figuram rei
future. Ad ea vo q obiciūt sm canones re/
spondēdū sic de sacrificio zelotipie ꝙ omnes
illi canones introducti fuerūt ñ sm ꝯcessionē
boni: s sm pmissionē minoris mali: ne peiora
mala ꝯtingerēt. Inde ē ꝙ iudicia ferri can/
dentis ⁊ hi⁹ ī iudicium ꝑ cōsionē corporis dñi
mutauerūt: ⁊ maxime q ī culpa erat hoīūz
multitudo: quā ꝓpter pei⁹ vitādū oportebat
tolerari in minori malo. vñ ⁊ sm hoc intellit
canon Gregorii. Si vir q frigide nature esse
dr ꝑ verū iudiciū ꝓbare potuerit vxorē suā
nunq̄ se cognouisse separet ab ea: qđ intelligit
de iudicio vulgari: que tñ postea diminuta
malicia ꝑ sequētes canones ñ pmittuntur.
Ad vltimū vo qđ obᵗ dō. ecclīa nunq̄ erras/
se q nec hi⁹ ꝯcessit vt approbaret: s pmisit
ne pei⁹ fieret. sm ꝙ ⁊ ipsa lex eterna facitque
pmittit multa mala fieri ñ solū vt ex eis eli/
ciant bona: s etiā ne fiant peiora.

Consequēs est inqui

rere de ꝯuictione rei ꝑ ꝯfessionē: quia ꝑdicto
modo ꝓcedēdū ē ꝯᵗ reū: cū crīe ñ pōt ꝯuici
Conuicit aūt duob⁹ modis. aut ꝑ ꝓpam con
fessionē aut ꝑ ꝓbationē. ideo pmo querēdū ē
de ꝯfessione rei vtrū qs ex ꝯfessione ꝓpa sit
damnād⁹. Qđ ꝓbat ꝑ illud qđ dic Josue ad
Achor. Confitere atq; indica qd feceris. Jos.
7. ⁊ facta ꝯfessione furti lapidat⁹ ē. Jtē idē
ꝓbat ꝑ illud qđ legit. 2. R. i. de puero amale
chita: q dixit se interfecisse Saul. cui ait Da
uid. Sanguis tu⁹ sup caput tuū. Os eni tuū
locutū ē aduersū te dicēs. ego interfeci xp̄m
dñi. ⁊ iussit eū Dauid īterfici. Jtē ī euāge
lio dic dñs seruo q abscōdit pecuniā dñi sui
De ore tuo te iudico serue nequā. Jtē dicit
lex humana. Confessos in iure ꝓ ꝯuictis ha
placet. Jtē lex alia. Cōfessus ꝓ iudicato hā
ga quodāmodo snīa sua damnat. cui etiā
ꝯcordat euangeliū Mat. 12. Ex vbis tuis iu
stificaberis: ⁊ ex vbis tuis cōdemnaberis.

Con. Humanū iudiciū quātū possibile est:
dz imitari dīnū. Sz ī dīno iudicio ꝯfitēs
se ñ damnat: s miām seqᵗ. vñ ī ps. Dixi ꝯfi
tebor aduersum me iniusticiā meam dño ⁊ tu
remisisti iniqtatē meā. Et Jsa. 43. Narra si q
hēs vt iustificeris. ḡ nec ī humano ꝯfitēs
se erit ꝯdemnād⁹. Jtē pōt aliqs falso ꝯfi
teri ī iudicio humano vt si aliqs ꝯfitet se
vnū hoīem occidisse q postea apparet viuus
Constās est ꝙ talis ñ eēt damnād⁹. ḡ ñ qñq
ꝯfessio ꝯtra se fac ad dānationē. Jtē dicit
lex humana. ff. de q̄ōnib⁹. Si qs vltro male
cia ꝯfiteat ñ est ei fides adhibēda. Nōnūq
enim aut metu aut aliqua cā ī se h ē ꝯfitēs
ꝯfitent. R⁹ sm ꝙ dicit canon. 14. ca. 2.
Con ſe qls pōt testari ꝑ se ho mīme. Dicen
dū ḡ ꝙ exceptis casib⁹ qui determināt ī iure
qlib; pōt ꝑ ꝓpam ꝯfessionē damnari. Ples
aūt casus ī iure excipiūt. vn⁹ ē ī pueris. alius
ī ignorātib⁹ seu errātib⁹. terti⁹ ī inuitis. 4⁹ cū
ꝯfessio fit ex̄ ius. ⁊ quedam talia. Ad illud
ḡ ꝙ pmo obᵗ dō ꝙ ñ ē ī ꝯtrariū qđ obicit de
ꝯfessione que fit ī foro dīno. Nā sic ī foro hu
mano distinguit ꝯfessio in iure ⁊ ex̄ ius. con
fessio facta ex̄ ius ñ inducit damnationē. sed
ꝯfessio facta ī iure inducit. Jta dō. ꝙ ꝯfessio
de pctīs que fit ī pñti ex̄ ius est. q ante dīnū

indiciū quod est in morte: vel ante indicium generale. ⁊ ideo ista ɔfessio volūtaria ⁊ aie penitent̄ meret̄ miam. ꝭ ɔfessio que fiet post mortē vel in futuro iudicio nullā omnino cō sequit̄ miam: ꝭ reatū damnatiōis ostēdit. de qua ɔfessione Sap. 5. Dicēt intra se penitētiā agentes ⁊c. Hi sunt quos aliqn̄ habuim⁹ in de risum. ⁊ seqt̄. Talia dixerūt ī inferno hi qui peccauerūt. Silr̄ quātū ad humanū iudiciū ɔfitētes ī iudicio damnat: ꝭ ɔfitētib⁹ ex̄ iudiciū volūtarie ⁊ cū compunctione parcit. quēadmodū ɔfitētib⁹ ex̄ ius ex puersa gloria penā infert. vn̄ dic̄ decretalis de quodā qui ɔfitebat̄ se adulteratū cū q̄dā: sic q̄dā fatui solēt interdū cū male fecerīt gloriari phibet h iura dicāt regulariter ɔfessionē ex̄ ius facta n̄ opare p̄iudiciū ɔfitenti: iste tn̄ vz ab officio ⁊ bn̄ficio suspēdi. Ad 2^m iam pz rn̄sio ꝙ illō d̄ē de casib⁹ exceptis a iure. Ad illō qō obr̄ vltimo de illo q vltro maleficia ɔfitet̄. d̄ō. ꝙ intellr̄ de ɔfessione p cruciatū extorta: de qua dic̄ lex ꝙ reoꝝ ɔfessiones p explorat̄is cri̇bus n̄ hēnt̄. Et dic̄ canon. 15. ca. q 6. Omnis ɔfessio que fit ex necessitate fides n̄ est. Confessio eni ī talib⁹ non vz extorqueri pessimū eni est de suspicione aut extorta cōfessione quēq̄ iudicare: cū magis cordis inspector sit de⁹ q̄ opis: nō pōt humano ɔdemnari examine: quē de⁹ suo reseruauit iudicio Illō ꝙ̄ quod dr̄ vltro ɔfitet̄. intellr̄ de voluntate absoluta: nō inducta p metū vel dolores. Cā aūt ē quare talib⁹ ɔfessionib⁹ n̄ credit̄ q boīes ī torment̄ multotiēs agūt̄ tāta impatiā: ꝙ magis volūt mētiri q̄ tormēta pati.

Postea queritur de

probabiles. qđ sūt sic cognoscit scia apprehēdit. Cōtingit aūt intervenire obliuionē q̄ ē sic te nebra respectu cause: ⁊ remanē ɔiecturas pba biles. ⁊ ita nō delet cognitio rei totalr. ꝫ solū manet inquantū cognoscebat p cāz: nō īqntū cognoscebat p ɔiecturas probabiles. Manet igit idē cognitionis hit⁹ ꝫ alterat⁹ ⁊ diminu tus. Hit⁹ aūt iste cū erat ad cognoscēdū rē p causaz erat hit⁹ scie. Cū ꝟo ē ad cognoscēdum res p ɔiecturas solū ē hit⁹ opionis. fit igitur hit⁹ scie opio. Silr mō dō. q hit⁹ cognitōis credibiliū añ pctm̄ angeli duplr erat. Erat .n. cognitio in diuinis cā. h ē in luce cause diue: q̄ ē sūma sapiā. ⁊ erat cognitio in effectu cause h ē ī luie imaginis vel spēi ꝟitatꝭ credibiliū in intellectu angeli. Interueniēte aūt umbra pcti sbtractū ē lumē quo cognoscebāt ī causa ⁊ remansit lumen quo cognoscebāt ī effectu ⁊ tñ obscuratū. mutata ē igit cognitio q̄ erat sic scie cū cogscebāt ꝟitatē credibiliū in luie cause in cognitionē enigmaticā. i. in cognē in obscuritate. ⁊ ita hit⁹ cognitionis q erat sic scia añ pctm̄ fact⁹ ē hit⁹ fidei post pctm̄. Ad 2ᵐ dō q pares erāt boni angeli ⁊ mali ante pctm̄. ꝫ sicut in bonis angelis p ɔfirmationē hit⁹ cognitiōis quā hēbāt fact⁹ ē pfect⁹ vt eis nihil deficēt qđ ptinēt ad sbaz sue btitudinis ita ī malis angelis p pctm̄ fact⁹ ē diminut⁹ ⁊ obūbrat⁹ ꝫm exigētīs sue damnationis. ⁊ sic ī angelis bonis eleuabat cognitio h mō vt qui pus cognoscebāt effectū in cā: post ɔfirmatiōnē cognoscāt plene cām effect⁹. Ita ī malis an gelis descēdebat cognitio: ut q pus cognosce bāt effectū ī cā: post pctm̄ cognoscāt effectum cause. Et iō p speculū effect⁹ cāti vidēt p⁹ pec catū in enigmate. Ad illud ꝟo qđ dicit de adam rñdet alibi: cū q̄rit de fide ⁊ ꝟtute. Ad 3ᵐ ꝟo qđ obic: q angel⁹ fuit spoliat⁹ ḡtuitꝭ dō q ꝑuari bono ḡtuito ē duob⁹ modis. nam bonū ḡtuitū dr ul q3 ḡtis datū: vel q3 ḡrū fa ciēs seu ad eē ḡtū disponēs. Demones ḡ ꝑuati sūt bonis gratuitis inquātū ḡrū faciūt: uel ad ḡtū eē disponūt: ꝫ nō bonis oīb⁹ inquātū ḡtis datis. Manēt eni ex diuina iusticia ad eoꝝ pu nitionē vt lumē fidei informis ad terrorē ⁊ horrorē. vñ Jac. 2. Demōes credūt ⁊ ɔtrem.

Ultimo q̄rit de actu fidei īformis ī demōib⁹. Ad qđ sic. Act⁹ fidei seu formate seu informis ē in duob⁹. in illuīando intellectū ad cognoscēdū veꝝ. ⁊ ī mouēdo effectū ad bonū. Si ḡ ī demonib⁹ nō ē effect⁹ fidei quo moueāt ad bonū: si ī eis aliqꝭ effect⁹ ē: h erit vt illuīent ad ꝟū. Sz si h dicēt ɔtrariū videt. 2. ad cor. 4. vbi dr. De⁹ h⁹ secli excecauit mētes infideliū vt nō fulgeat illu minatio. Ibi glo. Ueꝝ ē q increduli ñ vidēt splēdorē ꝟitatꝭ merito pfidie excecāti. Si ḡ pfi dia excecās maxime ē ī demonib⁹. ḡ maxime ī eis defic illuīatio ꝟitatꝭ. ḡ fides informis nō illuīat intellectū eoꝝ ad veꝝ. Itē ad idez. ad ro. i. Obscuratū ē cor insipiēs eoꝝ. Glo. Ne bula erroris ɔtexit cor illoꝝ: q3 cū creatorē ex creaturis cognouissent: nec sic deū glificaue rūt: ampli⁹ obtusi sunt: ⁊ loquit de pħis. Si ḡ hec cā obscuratōis ⁊ obtusiōis intellect⁹ maxi me ē ī demonib⁹: q3 cū deū cognouerint nūq̄ deū glificāt. ḡ maxime hñt intellectū obscura tū. ḡ fides nō illuīst ipos ad veꝝ. Contra. Btūs Dio. in li. de diuinis noīb⁹ dic de demo nib⁹. q nō ē alteracū totū bonū qđ dacū ē eis ꝫ ipi ceciderūt a dato oī bono: ⁊ angelica do na dicim⁹ ī eis nō fuisse alterata. Si ḡ ī gnali cognitio credibiliū erat eis data añ peccatū ḡ manet in eis post peccatum. Illuīat igit ex illo dono ad cognoscēdū veꝝ. Itē Dio. ⁹in eodē. Ipa lux semp ē lux q̄ ⁊ tenebras illuīat. Si ḡ fides informis in eis ē lux ⁊ semp ē lux. ḡ eos illuīat. Itē ad gal. 5. sup illud. Fides q̄ p dilectionē opat. glo. Fides sine dilectione demonis ē. Nā demōes credūt ⁊ ɔtremiscūt Jac. 2. Qui aūt nō credūt tardiores sunt ⁊ pe iores q̄ demones. ḡ aliquis effect⁹ fidei ē infor mis ī demonib⁹: q nō ē ī hoīb⁹ nō credētibus q3 isti credūt: illi nō. isti ɔtremiscūt. illi non.

R° dō q fides in demonibus hz effectū il luīstōis ⁊ motōis. Illuīat eni q3 lux ē. tñ in hoc differt illuminatio ab illuīatōe fidei for mate. q3 hec illuīatio ɔtristat: quēadmodum lux oculū egrū. sic lux ꝟitatis fidei demonis intellectū. Illuīatio ꝟo fidei formate delectat ⁊ ɔfortat credētis intellectū. Iteꝝ mouet: q3 hitus motiuus est. ꝫ differt motio a motione fidei informis ī hoībus ⁊ fidei formate. Nam fides informis demonū mouet ad sentire ve ritatē. Uñ iste motus magis ē passio q̄ actio vñ ē ī eis ad penā sic ꝟmis ɔscie ī damnatis. Fides ꝟo informis ī hoībus credētibus: dum adhuc sunt in carne mouet ad assentire ꝟita ti. ⁊ fides formata ad ɔsentire. sic explanatū ē pus. Ad illud ḡ qđ pmo obic dō. q non seqt. Si fides ñ mouet ī bonū. ḡ ñ mouet. nō .n. mouet ī bonū sic dictū ē: qđ fiat p demonē ꝫ tñ mouet ad sensū pene: quā sustineat in h qđ sentire fac ꝟitatē redarguentē. Ad 2ᵐ

qd obr q demones hñt maxime obscuratū intellectū. distinguēdū q ē obscuratio intellectus quātū ad iudiciū veri ⁊ boni. ⁊ ē obscuratio quātū ad electōez vi ⁊ boni. Primo mō demones nō hñt maxime obscuratū intellectū. s; 2° mō. ⁊ p h pz rñsio ad 2m ⁊ 3m. Ad illud vo qd obr ī pte oppositā per auctoritatē btī Dio. dō q ñ loquit de donis gratuitis; s de donis nālib⁹: q manēt ī angelis īmutata: tñ mutāt quātū ad vsū seu quātū ad hbilitatē q ē ad actū bonū. Ad illud vo qd obicit 2° q lux semp ē lux. g semp illuīat. dō q nō sequit s lux semp ē lux. g semp lucet. vñ posito q lux solis semp irradiaret sup oculū clausū semp lucēt sol oculo: nō tñ illuīaret oculū. ⁊ h mō in demonib⁹ est respectu electionis boni. vn dō dic btūs Dio. ī li. de dīnis no. c. de malo. Sūt ītegri ⁊ p totū lucidi: l; ipsi nō videant claudētes suas boni ɔtēplatiuas virtutes. Ad ultimū pz rñsio. tñ illud qd dicitur. homines sunt deteriores demonib⁹: nō ē intelligēdum simplr s quo ad h q illi credūt ⁊ isti non. illi tremūt isti non. hoc enim in demonib⁹ ponit bonū: quāuis sit eis ad penā.

P Ostquā qsitū ē de fide informi qrēdū ē de spe informi. Et qrūt tria. Primo vtr spes possit eē informis. 2° supposito q sic vtrū spes informis possit fieri formata. 3° de actu seu certitudine spei informis.

Ad primū sic. 1. ad cor. 13. Maior hoz ē caritas. nūc aūt manēt fides ⁊ spes. Glo. Caritas his decedētib⁹ pmanebit cui fides ⁊ spes h nō possunt s; fides ⁊ spes sine caritate possunt. s fides dr informis: quia nō hz sociā caritatē. ad ro. 1. sup illud. Ex fide in fidē. Glo. fides dr īformis qa nō hz sociā caritatē q ē forma omniū vtutū. g spes erit informis q nō hz sociā caritatē. Cont. Sicut tota caritas ē in affectu sic tota spes. nō sic fides q in cognitōe hz mā; ī affectione formā. g sic nihil remanet caritatis qd dicat informe post peccatū: pari rōne nec ī spe aliqd remanebit. g spes ñ pōt eē īformis sicut nec caritas. Itē ad maiorē euidētiam arguit. fides formata hz aliqd cognitionis ⁊ affectōis. ⁊ iō qñ pdit qd ē affectionis p pctm qd ē mal⁹ amor amittit formā ⁊ fit informis. Spes aūt formata ñ hz sīalr aliqd cognitōis s solū affectōis. g cū p peccatū destruat qd est affectionis nihil remanet spei. g nō pōt eē informis. Itē si qs hz spez de beatitudine iaz expectat eā. ⁊ si expectat eā desiderat. ⁊ si desiderat amat. ⁊ si amat tēdit in eā. S; si tēdit ī btītudinē spe: iā hz caritatē. g si hz spez habet caritatē. g spes nō pōt eē sine caritate. g nec pōt eē informis. Itē spes formata non pōt eē psumptio. qa vtus nō pōt eē vitiū. S; spes formata ē sicut dic magr in sent. ex grā ⁊ meritis pueniēs. S; si sit spes nō ex grā iā ē psumptio. Silr si sit nō ex meritis ē psumptio. Subtractis igit grā vel meritis non ē spes q non sit psumptio. S; positis grā ⁊ meritis est spes formata. g spes q nō ē psumptio est spes formata. Non ē igit spes q sit vt⁹ informis.

R° dō q sicut fides pōt eē informis ita ⁊ spes. ⁊ ad illud qd obr pmo ⁊ 2° dō. q l; non sint diuerse rōes cognitōis ⁊ affectōis in spe formata sic in fide formata: tñ de spe ⁊ vtute pōt fieri nō vt⁹. ⁊ h ē qa ipa affectio q ē spes nō destruit p peccatū. s ɔpatio ipsi⁹ affectiōis ad meritū. Sec⁹ aūt ē de caritate. Nō. n. ex ñs ī pctō mortali pōt dilige oīa diligēda: sic pōt credē oīa credēda: ⁊ sperare oīa sperāda. qa inquātū peccās nō diligit se nec deū. vñ rō pcti opponit dilectōi sui ⁊ dei. nō sic aūt ī aliis vz fide ⁊ spe. ⁊ iō p peccatū caritas totalr destruit. nō aūt fides ⁊ spes. Vñ distinguit s° hoc. q quedā vtutes nec informāt nec informāt. sic politice vtutes. ⁊ qdā ita informāt q nō informāt. vt virtutes gratis date fides ⁊ spes. qdam vo ita informāt q nō informāt vt caritas. Per h soluūt duo pma. Ad 3m rñdēdū. q ē volūtas plena: ⁊ volūtas semiplena seu impfecta. Voluntas impfecta designat p optatiuū modū. vt cū dr vellē. Volūtas pfecta p indicatiuū. vt cum dr volo: desidero. Volūtas impfecta seu semiplena ɔcomitatur spez informē. volūtas vo pfecta spez formata; Inde ē q pprie nō pōt dici de exñti ī peccato mortali q vult tēdē ī btītudinē: s q vellet. sm quē modū dr in pver. 13. de pigro. Vult ⁊ nō vult piger ꝛc. Ad quartū dō q nō oīs spes q ē sine meritis ē psūptio indistincte. vñ cū dr spes informis: cū spes formata ponat respectū ad grām ⁊ merita. est enī ex grā ⁊ meritis pueniēs: nō ponat respect⁹ ad grāz s respectus ad merita. vñ spes informis ē ex grā sine meritis. tñ cū distinctione. Nā cū psūptio duplex sit. vna qua qs ɔfidit ex grā sine meritis. alia qua ɔfidit de meritis sine grā. ⁊ h ē maior. Spes īformis dr vno mō tñ qua quis ɔfidit de grā sine meritis. grām dico eis gratis datā. Alr tñ dr spes informis ɔfidē sine meritis q

p̄sumptio. nā merita ponūť simplr̄ in actu vl in hītu. Ponūť aūt fm qd ⁊ ↄdicionalr̄ merita in potētia. Cū ḡ aliqs ↄfidit sine meritis pōt intelligi p̄uatio meritoꝝ simplr̄: s. q̄ sūt actu uel habitu. vel meritoꝝ fm q̄ sunt fʒ qd in potētia. Spe igiť formata ↄfidit qs ex meritis exn̄tib⁹ actu vl hītu. Spe informi ↄfidit qs sine meritis exn̄tib⁹ actu vel hītu. exn̄tib⁹ tn̄ ī potētia. Quāuis. n. n̄ hēat merita actu ul hītu: tn̄ ↄfidit: q̄a pōt hr̄e. p̄sūptio ꝟo ↄfidit sine merit; oīo ul actu ul hītu ul ī po^a exn̄tib⁹

Deinde q̄rit̄ur vtꝝ spes informis possit fieri formata. Ad qd sic. Fides gn̄at spē. ḡ formata gn̄at formatā. ḡ informis spē informē. Sʒ fides informis pōt fieri formata. ḡ spes informis potest fieri spes formata. Cōt. Fides informis ⁊ formata respiciūt vnū actū relatū ad vnā cām vt credē ꝟitatē ꝓter ipā ꝟitatē. Inde est q̄ fides formata pōt fieri informis ⁊ eꝯ. Sʒ spes formata ⁊ spes informis n̄ respiciūt vnū actū relatū ad cām vnā. q̄a spare btītudinē ex meritis ē act⁹ spei formate. sperare ꝟo sine merit; spei informis. Cū ḡ respiciāt diuersos act⁹ ex causis diuersis: nō poterit spes informis fieri formata. Itē sic se hʒ timor fuilis ad timorē formatū: sic spes informis ad spē formatā q̄a sicut timor informis q ē timor fuilis n̄ hēt sociā caritatē. sic spes informis. ⁊ sic timor format⁹ q ē timor inicialis vel filialis hʒ sociam caritatē: sic ⁊ spes formata. Si ḡ timor īformis q ē fuilis n̄ pōt eē format⁹: imo adueniēte caritate foras mittiť. sic dr̄. i. Io. 4. Perfecta caritas foras mittit timorē. ḡ spes informis nō poterit fieri spes formata. R̄ fm illos q dicūt q̄ fides īformis n̄ pōt fieri formata: dicēť m̄lto fortiori rōne de spe. vn̄ sic sup̄ dictū ē fʒ istos de fide informi: ita dicēť hic de spe īformi. Scdʒ alios ꝟo q dicūt q̄ fides īformis pōt fieri formata. silr̄ dd ē de spe: q̄ spes īformis pōt fieri formata. Ad illud ḡ qd p̄mo obicē dd q̄ sic credē ē act⁹ fidei formate ⁊ informis relat⁹ ad vnā cām p p̄us ⁊ posteri⁹. s. ad p̄mā cāʒ p̄mā ꝟitatē. ita sperare ē act⁹ spei formate ⁊ informis relat⁹ ad vnā cām p p̄us ⁊ posteri⁹. s. grāʒ ⁊ merita. s grā ḡtū faciēs accipiť ī spe formata. ⁊ merita exn̄tia actu vel habitu. Grā ꝟo grat; data accipiť ī fide informi ⁊ merita ī potētia. Grā aūt fm analogiā dr̄ de grā grat; data: ⁊ d grā ḡtū faciēte. Silr̄ merita fʒ analogiā dicūť de merit; exn̄tib⁹ actu ul hītu ⁊ de merit; exn̄tib⁹ in potētia. Ad 2^m ꝟo qd obr̄ de timore fuili rn̄dēt q̄ nō ē sile de timore informi ⁊ spe. Nā timore fuili q ē īformis aliud timeť. s. pena eterna. ⁊ timore inicialt seu filiali q sunt timores formati. q̄a ī timore iniciali timeť īsufficiētia satisfactionis. filiali malū sepationis a deo. s spe informi ⁊ formata idē sperať. s. btītudo eterna. Utrū aūt h̄ verū sit in primo declarabiť: cū quereť de timore informi.

Postea q̄riť de actu spei informi ⁊ certitudine. ⁊ q̄reť p̄ cū fides formata actū hēat credē ī deū. fides informis credē deū vel deo. ḡ cū silr̄ distinguatur spare. spare ī deū: ⁊ sperare ī deo seu de deo. ḡ spei formate act⁹ erit spare in deū. act⁹ spei informis erit sperare in deo seu deo. Conť. In fide ē cognitio: q̄ q̄nʒ ē cū affectione. q̄nq; sine affectione. ⁊ iō credē variať cū dr̄ credē in deū vel deo. s in spe sola ē affectio ad btītudinē. ḡ spare nō poterit variari vt dicať aliq̄n sperare in deū. aliq̄n spare in deo: sic ↄtingit ī credē. R̄ ↄcedēdo q̄ sic act⁹ fidei formate ē credē ī deū. fidei ꝟo informis credē deū vel deo. ita spare ī deū: qd ē spando tēdē in deū ē act⁹ spei formate. Spare ꝟo in deo vel de deo ē act⁹ spei informis: q̄a spe informi ꝟtiť aīa p ↄfidētiā: ī deo q̄uis p ↄfidētiā n̄ tēdat ī deū.

Itē q̄riť de certitudine spei īformis ⁊ q̄riť gn̄alr̄ ⁊ spālr̄. Gn̄alr̄ q̄riť vtrū eadē sit certitudo spei formate ⁊ informis: seu eiusdē rōis. Ad qd sic. Eadē ē certitudo fidei formate ⁊ informis. q̄a eadē ꝟa cognoscūť vtraq; fide: ⁊ p idē. h̄ ē p p̄mā ꝟitatē. ḡ pari rōne eadem seu eiusdē rōnis certitudo erit spei formate ⁊ informis. Conť. Certitudo spei formate hʒ p̄gustationē btītudinis. certitudo ꝟo spei informis nō ē ex p̄gustatione. ḡ nō ē eadē.

Itē certitudo spei formate ē ex ↄsciā meritoꝝ actu vel hītu hītoꝝ. Spes informis nō ē ex ↄsciā meritoꝝ: s solū ex fide quā hēt q̄ si meruerit hēbit btītudinē. ḡ nō ē aliqua certitudo spei informis: q̄ nō sit ex fide. Sʒ spei formate ē ꝓp̄a certitudo q̄ ē ex ↄsciā meritoꝝ. Relinqť ḡ q̄ nō ē eadē nec eiusdē rōnis certitudo spei formate ⁊ informis. R̄ dicēdo q̄ ī fide duplex ē certitudo. certitudo cognitionis ⁊ affectionis. Certitudo cognitōis ei⁹dē rōnis ē ī fide formata ⁊ informi. Certitudo ꝟo affectōis nō ē oīo eiusdē rōis. nā ī fide informi certitudo ex pte affectōis ē ex sensu assensionis. hoc ē ex hoc q̄ hō sentit se assētiř p̄me ꝟitati ꝓpter se: lʒ nō tendat in ipām. In

fide vō formata certitudo ē ɔsensiōis ⁊ amoris. ex ħ. s. ꝙ hō sentit se ɔsentire ⁊ amare vitatē inquātū vitas ē. In spe vō tñ ē nisi vnū gen⁹ certitudinis. s. affectōis ꝓpe. Est tñ ī ea certitudo quā accipit ex fide. Ex fide enī accipit certitudinē spes. vt qui ꝑseuerauerit saluus erit. ⁊ iō sperat ꝙ si ꝑseuerauerit saluabiť. ⁊ hec ē certitudo ɔditionalis. Hec igitur certitudo eadē ē ⁊ eiusdē rōnis in fide formata ⁊ informi. Certitudo vō ꝓpria nō oīno eadē ē: nec eiusdem rōnis: q̄a ꝓpa certitudo spei ē ex meritis. Spes aūt formata ɔfidit ex merit̄ hītis actu vel hītu. Spes aūt informis ɔfidit ex merit̄ nō hītis ſ possibilib⁹ hēri.

Itē spālr̄ q̄riť de ɔpatiōe spei informis ꝑdestinati ad spē formatā ꝑsciti quātū ad certitudinē. Ad qd̄ obť sic. Spes īformis ꝑdestinati quā hʒ de vita eterna nō falleť. spes ꝑsciti q hʒ p̄ntē iusticiā falleť. ğ p̄ma hʒ maiorē certitudinē. Itē ille obtinebit illud cui⁹ hʒ mō certitudinē. ille nō. Est igiť ⁊c. Cōr. Illa hʒ merita: ⁊ non ponit merita sb̄ ɔditione: sicut informis. Itē habet ꝑgustatiōeʒ seu ꝑodorationē quā ñ illa. ğ certior. Itē illa q̄ habʒ merita ē ꝓpinquior fini. ğ certior. R⁹ dō ꝙ spes ꝑsciti q ē ī caritate maiorē hʒ certitudinē ꝙ̄ spes ꝑdestinati informis. quia illius. s. ꝑsciti spes radicať in meritis ⁊ ponit certitudinē pcedērē ex merit̄. tñ sb̄ ɔditione. s. si ꝑseuerauerit in meritis finalr̄. Illa q̄ ē ꝑdestinati informis nō radicaťī merit̄. vñ nulla est ei⁹ certitudo ex merit̄ simplr̄: lʒ sit ex merit̄ potētia. nec seqť de ꝑscito q hʒ spem formatā ꝙ fallať: quāuis nō saluet. quia nō hʒ de salute: nisi sub hac conditione si perseuerauerit. ⁊ in hoc nūꝙ̄ falliť. Ad hoc autem qd̄ obť ꝙ ꝑdestinat⁹ obtinebit illud ad qd̄ ē ꝑdestinatus ⁊ ita ē maior certitudo. dō ꝙ obtent⁹ ille futur⁹ nō ponit aliquā certitudinē q̄ relinqť ex merit̄ actu vel hītu exn̄tib⁹: ſ solū ex meritis potētia exn̄tib⁹. ⁊ ꝓpter hoc non seqť ꝙ si ille obtinebit: ꝙ ꝓpter hoc maiorē hēat certitudinē ꝙ̄ alter qui nō obtinebit. cū illi⁹ certitudo sit ex meritis actu vl̄ hītu exn̄tib⁹. Certitudo enī q̄ nō ē ꝑsūptio ex meritis ē. ⁊ ex merit̄ se ɔmeriť. Alr̄ rn̄dēr qdā ꝙ ē certitudo expectanti. ⁊ certitudo rei q̄ expectať. ⁊ certitudo ex pte illi⁹ p quē expectať. Certitudo expectāti depēdet ex merit̄. Certitudo rei expectate depēdet ex rōne diuine ꝑordinationis. Certitudo ex pte illi⁹ p quē expectať depēdet ex grā diuine reuelatōis. Primo mō ē certitudo in ꝑfecto exn̄te ī caritate. 2° mō ē certitudo salutis in ꝑdestinato exn̄ti in pc̄ō mortali. 3° mō ē certitudo salutis ī viro pfecto cui facta ē reuelatio salutis. sicut Paulo. 2. ad Thy. 4. Scio cui credidi ⁊ cert⁹ sū ⁊c. Primo mō ⁊ 3° certitudo maior ē quātū ad illū cui⁹ ē: ⁊ hāc respiť spes. 2° vō mō certitudo maior ē quantum ad rē: ⁊ hanc respicit rex ordo.

c

Onsequēs

ē ingrere de timore filiali ⁊ ad pleniorē intelligētiā p̄mo q̄rēdū ē de dr̄ia timoris. 2° de timore filiali an sit donū spūs s. 3° de actu timoris filial̄ an sit bon⁹ vl̄ mal⁹. 4° de dr̄ia timoris filial̄ ad alios.

Ad primuʒ

obť sic. Dr̄ie timoris multiplr̄ assignanť. Uno mō a Beda sup illd̄ ꝓuer. i. Initiū sapiē ē timor dn̄i. Ibi ponit duas dr̄ias dicēs. ꝙ est timor filiis ⁊ amicabilis. Assignanť aūt a Cesario ⁊ aug. sup. 8. ad ro. p quatuor dr̄ias. s. timor mūdan⁹. suilis. inicialis. ⁊ filialis. Assignat ⁊ Io. Dam. sex dr̄ias timoris dicēs. Sex sunt spēs timoris. Prima ē segnicies: q̄ ē timor future opationis. 2ª erubescētia q̄ ē timor in turpi actu. 3ª verecūdia q̄ ē timor ī expectatiōe ɔuitii. 4ª admiratio q̄ ē timor ex mag imaginatione. 5ª ē stupor q ē timor ex īsolita imaginatōe. 6ª agonia q̄ ē timor p infortuniū vel casū. Cum ğ sic differērer fiat assignatio dr̄iaꝝ timoris: nec sint reducibiles dr̄ie que sūt sm vnā diuisionē ad dr̄ias alteri⁹ diuisiōis vel etiā diuisio q̄ ē p pauciores dr̄ias nō ɔphēdit illā diuisionē q̄ ē p plures. videť inconueniēs diuisio: vel insofficiēs: vel supflua: tum ponat Dama. dr̄iaʒ timoris nālis quā diffinit sic. Timor nālis ē nolēte aīa separi a corpore ꝓpter eā q̄ ē imposita ei a ɔditore nālē ad corpus ɔpassionē ⁊ familiaritatē: ꝓpť quā nālr̄ timet ⁊ renuit mortē. Sʒ ħ ɔstat ī nulla differentia ꝑdictaꝝ diuisionū ɔtineť. ğ ꝑdicte diuisiones ñ sunt ɔueniēter assig̃te. Itē q̄riť q̄ sit dr̄ia ꝑdictaꝝ diuisionū. R⁹. Timor accipiť duplr̄. Uno mō vt solū noīet passionē: q̄ generať ex ɔphēsione rei disconueniētis distantis. Alio mō vt ɔcernat volūtatē seu affectū vl̄ motū ipsi⁹ volūtat̄ circa ipaʒ passionē. sm⁹ aūt ꝙ ɔsiderať p̄mo mō ē sex mēbris diuisio Dama. ſ sm 2m modū sunt alie diuisiones acceptę: ſ differēter. Una enī ē ɔmunior q̄ ɔprehēdit motū volūtat̄ circa passionem timoris meritoriū ⁊ demeritoriū: gratuitū vl̄ ɔtrinʒ. s. illa q̄ ē p quatuor dr̄ias. reliqua aūt que est

spālis ɔp̄hēdit motū volūtariū vel affectum meritoriū. Assignatio aūt p̄me que est p duas drias timoris ē gratuiti: qa cū sit duplex grā grat data ꝛ gratū faciēs: a p̄ma grā ē timor seruilis q ē timor ḡtis dat⁹. a 2ª ē timor alius .s. amicabilis. q diuidit̄ i timorē inicialē ꝛ filialē: ꝛ etiā i timorē reuerētie. Assignatio aūt diuisionū p quatuor membra sic pōt patē. Est enī diuisio timoris f̄m q̄ timor ɔmuniter accipit̄ p motu volūtati meritorio vel demeritorio. Cū ḡ sit timor libidinosus ꝛ gratuit⁹. Timor aūt libidinosus q ē ex improba volūtate male humiliās ē timor mūdan⁹. Timor vero gratuit⁹ ē cui⁹ p̄ncipiū ē grā: ꝛ recipit driam hoc mō. quia aut timore gratuito timet̄ pena s nō timet̄ offensa. aut timet̄ pena ꝛ etiā offensa. aut timet̄ solū offensa. aut neutrū timetur s ē ipsi⁹ reuerētie magnitudinis diuine maiestatis. Scđm p̄mū modū ē illa dria timoris: que dr̄ timor suilis. 2° mō ē timor inicialis. 3° mō ē timor filialis: ꝛ 4° mō filialis silr̄. s f̄m diuersos stat⁹. Secūdū 3ᵐ modū dr̄ f̄m q̄ ē in via. 4° mō f̄m q̄ ē i patria. Continet̄ aūt sb timore mūdano timor human⁹. nā stricte loquēdo solem⁹ distinguē timorē humanū ꝛ mūdanū. Coīter loquēdo diuidim⁹ mūdanū in humanū ꝛ mūdanū. hūanū quo quis eligit peccare ne ledat̄ in corpore. mūdanum quo quis eligit peccare ne ledat̄ in possessione. Assignatio timoris f̄m cām ē f̄m q̄ timor dr̄ passio relicta ex ɔp̄hēsione cuiuslibȝ inconuenientis distātis. Discōueniēs aūt distās aut ē ab opatione nostra: aut nō. Si sic: aut f̄m q̄ ē in fieri aut f̄m q̄ ē in facto eē. Si f̄m q̄ ē in fieri: tunc timet̄ difficultas que ē in fiēdo. ꝛ f̄m h̄ sumit̄ p̄ma spēs timoris que ē segnities: que ē timor future opationis. Si aūt f̄m q̄ ē i facto eē: h̄ ē duplr̄. aut enī timet̄ incōueniēs ɔfusionis seu idecētie quātū ad aliū cognoscētē: seu quātū ad aliū cogneȝ. Aut timet̄ incōueniēs displicētie seu infamie quātū ad volūtatē alterius seu quātū ad aliū reprobatē. hec enī duo sūt in facto bonū opus. postea ɔdecētia ex cognē ipsi⁹ opis: ꝛ ɔplacētia ex approbatōe opis. vn̄ econt̄ accidit dria timoris erubescētie: que ē timor ɔfusionis seu indecētie i manifestatiōe turpis act⁹. ꝛ etiā ꝟecūdia que ē timor displicētie seu infamie uel ɔuicii ꝛc. Et ita tres sūt drie timoris que accidūt circa opationē nrāȝ. Si ꝟo ɔsiderat̄ f̄m q̄ nō ē a nostra opatione: silr̄ sumūt̄ tres drie: ꝛ h̄ mō. aut ē enī incōueniēs seu discōueniēs quātum ad cognitionē: aut quātū ad affect⁹. Si quātū ad cognitionē ɔsiderat̄: ꝛ hoc etiā ē duplr̄. aut enī attēdit̄ hec disconueniētia quāctū ad cogniciū. ꝛ sic ē admiratio que est ex inconueniēti ex magna imaginatione. Aut ē ex pte cognoscētis. ꝛ sic est stupor qui est timor ex insolita imaginatione. Si aūt ē incōueniēs quantū ad affectū: sic accipit̄ sexta ꝛ vltima dria: que ē agonia: que est timor cuiuscūq̄ aduersitatis offendentis affectū. Ad illud quod obr̄ de timore nāli dō q̄ non ponit̄ ibi dria noua timoris. s loqt̄ ibi de timore nāli xp̄i quo afficiebat̄ i agonia passionis. ꝛ pōt ɔp̄hendi sb illa dria que est agonia: ut pȝ ex ꝟbis Dama. dicētis q̄ nāliter timet ꝛ agoniā patit̄ ꝛ renuit mortē.

Deinde q̄rit̄ an timor suilis sit donū spūs sancti. Ad hoc sic Timor suilis nō ɔpatit̄ secū spūm sanctum. i. Jo. 4. Timor nō est in caritate. Itē. 8. ad ro. Nō accepistis iteȝ spūȝ suitutis in timore ꝛc Glo. Est timor qui nō ē in caritate. s. suilis ꝛc ḡ si timor nō potest esse cū caritate. nec cum spū sancto. non erit donū spūs sancti. Iteȝ cuius vsus malus est ipm ē malū. ꝛ cui⁹ usus bon⁹ ē ipm est bonū. Sȝ timoris seruilis vsus est mal⁹: cū dicat aug. Timore suili null⁹ bene vtit̄. ḡ cū malū nō sit a spū sancto. neq̄ timor seruilis: cū sit mal⁹. Itē aliquis diligēs aliqd plus q̄ deū diligēdo illud peccat mortalr̄. ḡ aliquis timēs aliqd plus q̄ deū peccat mortalr̄. Sȝ timēs seruilr̄ plus timet penā q̄ deū. ḡ peccat mortalr̄. Sȝ quod est hi⁹ nō est a spū sancto. Itē omnis diligens deū ꝑpter aliud peccat. quia vtit̄ fruēdo. ḡ omnis timēs deū ꝑpter aliud peccat. Sȝ talis est timens suilr̄. timet enim deū ꝑpter penā. ḡ hi⁹ nō ē a spū sancto. Itē. 1. ad cor. 10. Omnia in gloriam dei facite. ḡ cū suiam⁹ deo timēdo ꝛ amādo: debem⁹ eū amare ꝛ timere ad gliam ei⁹. vn̄ ō omnē timorē debem⁹ ꝛ tenemur referre i deū Sȝ hoc non facit seruilis timor. refert enī solū ad penā. quare peccatū dr̄ esse. ḡ nec est a spū sancto. Itē. 7. Mat. Nō pōt arbor mala fructus bonos facere. ḡ mala volūtas nō potest bonū opus facere. Sȝ in timore seruili ē mala volūtas: f̄m q̄ dicit aug. sup illud p̄s. Confige timore tuo carnes meas ꝛc. Timor seruilis nō trāsfigit carnē: quia viuit in eo volūtas peccandi: ꝛ sequeret̄ opus: si speraret̄ impunitas mallet enī licere dolet nō licere qđ lex uetat. Et ita timor qui ē egrediēs ab ista voluntate non pōt esse bonū. ḡ nec erit a spū sancto.

Itē Gregoꝰ in moralibꝰ. Job. 3. super illud: Quare non in vulua mortuus sum. Glo. Cū pena timet: ⁊ deꝰ non amat: timor ex tumore nascit: non ex humilitate. ⁊ loquit de timoꝛ seruili. ⁊ ita cū timor sit malū: non erit a spū sancto. ⁊ ita nec donū eius. Unde. 2. Cor. 6. Que participatio iusticie ad iniquitatē. ⁊ q̄ ꝯuētio lucis ad tenebras. vñ patet ꝙ si ē malum: ꝙ nō sit a spū sancto. ⁊ ita nec donū eiꝰ.

Contra. 8. ad ro. Nō accepistis iterū spūm seruitutis in timore. Glo. Unus spūs est qui facit duos timores. Duo enim timores insinuant. Unus qui est in caritate: qui est castus. alter qui non est in caritate: qui est seruilis. ⁊ ita seruilē timorē facit spūs sanctꝰ. est ḡ a spū sancto. ⁊ ꝯsequēter donū eius. Item timor seruilis preparat animā ad caritatē sm ꝙ dr in ps. A iudiciis enim tuis timui. Glo. Timor seruilis pedagogꝰ me p̄cessit: qui ad castum timorē ducit. Sed sm ꝙ ducit ad caritatē ē bonū. ḡ a spū sancto. Rñ. cum dico timor seruilis: duo dico. Rōne huius ꝙ dico seruilis: vnū est ꝙ timet pena per se. seu timet deꝰ ne puniat eternalr. sicut aliqs seruus timet dñz suū ne puniat eū pena corporali vel affligat. Aliud est exclusio amoris iusticie seu amoris eius qui timet. Quantū autē ad p̄mū moduz nulla deformitas notat i hoc ꝙ dico seruile. s quantū ad 2m notat deformitas: quare ponit in timente seruilr sm illū modū volūtas peccandi mortalr. Secūdū ḡ p̄mū modū dr timor seruilis donū spūs sancti: inquantum timor ille facit resilire a peccato. Quātū ꝟo ad 2m ꝯnotatū nō est a spū sancto. ⁊ sic patz respōsio ad p̄mū. quia non sequit. nō p̄manz cū spū sancto. ḡ non ē donū eiꝰ. ⁊ notādū ꝙ hoc non ē rōne ipsiꝰ inquātū est a spū sancto. Distinguit enim ꝙ quedā sunt a spū sancto ⁊ cū spū sancto. sicut formate virtutes. s. fides. spes. caritas. Quedā aūt sunt a spū sancto ⁊ non cū spū sancto: vt timor seruilis: ⁊ fides informis ⁊ hiꝰ. Quedā ꝟo sunt cū spū sancto ⁊ nō a spū sācto vt venialia peccata. Quedā ꝟo que nec sūt a spū sancto nec cū spū sancto: sicut mortalia peccata. Uñ dō ꝙ quedā sunt dona spūs sancti vt preparent ad caritatē ipm sbm. Quedā ꝟo vt perficiant ipm. Que ꝟo sunt spūs sancti vt preparēt ad caritatē ipm sbm: nō sunt cū spū sancto. s que sunt vt perficiant: ista sunt cū spū sancto. De p̄mis ē timor seruilis. ⁊ ꝓpter hoc non manet cū spū sancto. vñ dicūt ꝙ timor seruilis introducit inicialē ⁊ filialē qui sunt pficiētes sm magis ⁊ minꝰ: sicut seta filū. ⁊ etiā ꝯparat oximello quod p̄parat corpus ad receptionē medicine.

Ad 2m etiam pz respōsio ꝑ interemptionē illius ꝓpositionis: ꝙ vsus seruilis timoris malꝰ est. Usus enim seruilis timoris est resilire a a peccato ꝓpter penā eternā: ne inferatur a deo. Et ꝟo dr ꝙ timor seruilis est quo nemo bñ vtit. dō est ꝙ vti est duplr. Dicit enī large sm ꝙ vti est aliquid assumere in facultatē volūtatis. ⁊ sm hoc est bene vti timore serulli. quia hiꝰ timor est p̄paratoīꝰ ad caritatē ꝑ abstinētiā a malo. Aliter eniz dr vti stricte sm ꝙ vti est vsum referre ad illud quo fruēdum est. ⁊ sm hoc timore seruili nullus bene vtit. cum ipe vsus nō referat ad deū. Et sic patet rñsio ad 2m. Ad 3m soluit ꝑ interēptionē illiꝰ. timēs seruilr plus timet penā q̄ deū ⁊ hoc est quia timor seruilis est respectu rei potentis inferre passionē. Timens ꝟo seruilr non credit penā potētiorē deo ad inferendū passionē. vñ ꝓpe loquendo nō timetur pena plusq̄ deꝰ. Ad 4m ē rñsio ꝙ nō sequit. diligēs deū ꝓpter aliud peccat. ḡ timēs deum ꝓpter aliud peccat. Nam alia cālitas notat hinc ⁊ inde. Cū enī dico. diligens deū ꝓpter aliud: ꝑ hanc ꝓpositionem ꝓpter notat finis adipiscēdꝰ ad quē ē intentio diligentis. Cuz aūt dr. timet deū ꝓpter aliud. hec dictio ꝓpter nō notat finē ad que est motꝰ. īmo terminū a q̄ ē motꝰ. vñ timens seruilr timet deū ꝓpter aliud cauendū: s diligēs deū ꝓpter aliud: diligit eū ꝓpter aliud adipiscēdū qđ ei ꝓponit. vñ illiꝰ dilectōis ē radix amor libidinosus seu inordinatꝰ. s illiꝰ timoris non. ⁊ ꝓpter hō istō peccatū ē. aliud nō. Sz meliꝰ dr dō ꝙ deus timore seruili nō timet ꝓpter aliud s ꝓpter se. Timet enī quia potētissimꝰ ē inferēdi penā vel inferre. Uñ plus timet potētia inferentis penā: q̄ ipa pena. Et sic patet respōsio ad 4m.

Ad 5m dō ꝙ cū dr. oīs tenemur referre in deū: seu oīa facere in gloriā dei: cū sit tentio p̄cepti affirmatiui: nō obligat ad semꝑ: lz sēꝑ obliget. vñ dō ꝙ nō obligat nisi quantū ad statū. s. cū aliquis ē potēs ⁊ ꝯsiderās ⁊ ꝯp̄hēdēs deū: ⁊ ꝯferēs ipz opus ad deū. Dico ḡ ꝙ qui est in peccato mortali nō ē potens referre omnia in deū: eo ꝙ nō hz grām. ⁊ etiā ille qui dormit vel insanꝰ est: vel occupatꝰ ē ad aliud opus. lz hēat grām. ⁊ hoc ē quia nō ē ꝯp̄hēdēs vel ꝯferēs. ⁊ ideo quantū ad istos status nō est illud implēdum. Ad 6m dō ꝙ timoris

ſeruilis duplex ē radix. Jnquãtũ enĩ ſeruile dicit pene timorē ꝓpter ſe: vel timorē potentꝭ inferre penã: radix eiꝰ ē liberũ arbitriũ cũ fide iuſticie dei ⁊ pene eterne. ⁊ ſꝫ hᵒ radix ē bona ⁊ ipſe timor fructꝰ bonꝰ. Jnquãtũ ſeruile dicit excluſionē amoris iuſticie cũ volũtate peccãdi ſi eēt impunitas. pncipiũ hꝫ liberũ arbitriũ cũ fomite. ⁊ ſm hũc modũ ſicut dictũ ē prius: non eſt donũ. ⁊ ſic pꝫ diuiſio. Ad vltimũ qđ dicit Greg. dđ. ꝙ cũ pena timet: ⁊ facies dei non amat: hoc pōt eſſe duplr̄. Non amare. n. dr̄ duplr̄. vel odiēs: vel non diligens. Si non amare ponit odire: ſicut ē in diabolo: ⁊ ĩ obſtinatis qui timēt penã ⁊ odiũt faciē dei. i. iuſticiã diuinã: tunc verũ eſt qđ ſequit. ſ. ꝙ timor ſit ex tumore: ⁊ timor hiꝰ ſeruilis ē ex ſupbia: non ex ſpũ ſancto. ſm ꝙ dr̄ Jac. z. Demones credũt ⁊ ɔtremiſcũt. Secũdũ ħo ꝙ nō amar nō ponit ɔtrariũ in volũtate: ſ negat ſimplr̄ dilectionē ſeu amorē: tũc debꝫ intelligi ꝙ hec dictio ex nō notat ibi cãlitatē ſ ɔcomitãtiã. Eſt enĩ cũ timore timor ille. ſm quē modum dicit glo. Math. izᵒ. Uiri niniuite ſunt digni. venia: quia ex lege ſunt fideles. i. cum lege.

Conſequenter queri

tur de actu ſeu vſu timoris ſeruilis an ſit bonus vel malꝰ. Ad quod ſic. Aug.ᵘ ſup illud ad ro. 8. Non accepiſtis iterũ ſpũm ſeruitutis in timore. Timor ſeruilis non eſt in caritate, in quo etiam ſi bonũ fiat: nō tñ bene. Nemo enĩ inuitꝰ bene facit. Cum ḡ qui timet ſeruilr̄ nō bene facit. timere ſeruilr̄ nō eſt bonũ. ⁊ etiã iſte vſus timoris ſeruilis nō eſt bonꝰ. Cōr. Uſu timoris ſeruilis abſtinet homo a peccato ⁊ ꝑparat via ad caritatē. Sꝫ hic ē bonꝰ vſus. ḡ timoris ſeruilis ē bonꝰ vſus. Jtē cuiꝰ eſt vſus malꝰ ipſm q̃ malũ eſt. Si ḡ vſus timoris ſeruilis malꝰ ſit. ⁊ timor. Sꝫ timor ſeruilis eſt bonꝰ. ḡ ⁊ vſus eiꝰ eſt bonꝰ. Uoluerũt qdã ſoluere ꝙ timor ſeruilis nō eſſet malꝰ: ſ ipſũ timere ſeruilr̄. Dixerunt enĩ ꝙ timor ſeruilis nihil aliud ē q̃ timor ſerui. vñ cum dr̄. timor ſeruilis eſt bonꝰ: bonitas non dr̄ niſi reſpectu eēntie timoris: ⁊ nō reſpectu adiũcti. ſ. ſeruilitatis. Sꝫ cũ dr̄. timere ſeruilr̄ eſt bonũ: cũ actꝰ depēdeat a pſona ſerui: nō poteſt dici bonũ niſi reſpectu affectionis ſerui. Affectꝰ aũt nomen imponit operi. vñ non ſequit. q̃uis timor ſeruilis ſit bonꝰ: ꝙ timē ſeruilr̄ ſit bonũ. Cont. Cũ dr̄. timor ſuil' ē bonũ. bonitas dr̄ reſpectu eſſentie timoris. ⁊ hoc ē reſpectu habitꝰ: ⁊ nō reſpectu adiuncti. ſ. ſuilitatis. ḡ cũ ſilr̄ in actu ipſo ſit ipſa eſſentia actꝰ ⁊ ipſa ſeruilitas adiũcta: bonitas poterit copulari reſpectu ſbe actꝰ. Et ita videt ꝙ ſicut poteſt dici timor ſeruil' bonꝰ. ⁊ timere ſeruilr̄ ſilr̄ pōt dici eſſe bonũ.

Jtē ſi timor ſeruilis nihil aliud eſt q̃ timor ſerui: cum timor humanꝰ ⁊ mũdanꝰ ſint timores ſerui. ḡ erũt timor ſeruilis. quod non eſt verũ. Propter hoc alii dixerũt ꝙ timor ſeruilis non eſt timor ſerui: ſ ꝙ ſeruilitas ē dr̄ia eēntialis: qua iſte timor diſtinguit a ceteris. ſ. iniciali ⁊ filiali: quo eſt timere penã per ſe. ⁊ abſtinē a peccato ꝓpter penã. tñ cũ notatur in ſbiecto vitiũ. ſicut dicit Augꝰ. ꝙ in timente ſeruilr̄ viuit volũtas peccãdi. ſ. ſi ſperaretur impunitas. vnde dicunt iſti ꝙ actus ⁊ habitus timoris ſeruilis eſt bonꝰ. ſ actus ſbiecti ē malꝰ

Conr̄. Qua rōne bonũ dictũ de timore ſeruili reſpicit eēntiã hitꝰ. eadē rōne cum dico timere ſeruilr̄ eſt bonũ: bonitas reſpicit eſſentiã ipſiꝰ motꝰ ꝑparantis ad caritatē. Propter hoc dđ ꝙ aliud eſt dicere facere bonũ. aliud facere bene. Cũ enim dr̄ facē bonũ: dr̄ bonũ de genere bonoꝶ. Cum dr̄ facere bene: dicit bonũ ex circũſtãtia ſeu cũ debitis circũſtãtiis. Uñ ſm Aug. dđ ꝙ timere ſeruilr̄ eſt facere bonũ: non tamē bene: quia non ē cum debita circũſtãtia. ſ. cũ caritate. Exemplũ ē phi. aliđ eſt facere grãmaticalia. aliud facere grãmatice. Et ſic patet reſponſio ad ꝑdicta. Sed querit de illo ħbo Aug. Uiuit in timore ſuili volũtas peccandi. in eo viuit voluntas abſtinendi a peccato. Timor enĩ ſeruilis habꝫ iſtũ effectũ. ⁊ rōne huius eſt introductorꝰ caritatꝭ ⁊ ita in eodē ſunt ɔtrarie volũtates. qđ videt impoſſibile. Rᵒ eſt volũtas abſoluta ⁊ eſt volũtas ɔditionalis. ⁊ eſt uolũtas actu. ⁊ eſt volũtas hitu. vnde dico ꝙ in timēte ſeruiliter eſt volũtas actu ɔditionalis non peccandi. volũtas ħo peccandi ē abſoluta ĩ hitu vnde dicit. Jbi viuit volũtas peccãdi ſi ſpa ret impunitas. ⁊ ſic patet ꝙ due volũtates ſunt ſimul: ſ nō eodē mō. ꝓma enĩ naſcit ex fide ⁊ li. ar. zᵃ ħo ex libero arbitrio cũ fomite. ⁊ vna eſt actu ⁊ alia habitu.

Poſtea queritur de

dr̄ia timoris ſeruilis ad alios. ⁊ ꝓmo de differētia timoris ſeruilis ad nãlẽ. ⁊ cum timere penã ſit cuicũq; nãle. timor vero ſeruilis per ſe penã timeat: videt ꝙ ſit timor naturalis.

Rᵒ eſt timere penã multiplr̄. Eſt enĩ timē

penā ex ↄpꝛehēſiōe nālī. ⁊ ē timē ex ↄpħēſiōe que ē p fidē. Timē ƀo penā eternā ex appħēſione nāli timoꝛis ē nālis ⁊ nō timoꝛis ſuilis. Sȝ timere penā per ↄpħenſionē que ē ex fide ē timoꝛ ſeruilis. Jnde ē ꝙ cū aliqſ timet penā ſuſpēdij: ⁊ ꝓpter h̾ abſtinet a furto: nō timet ſeruilr̄: ſeu timoꝛe ſeruili: qui ē donū ſpūs ſcī: ſ̄ nāli timoꝛe. Jtē q̄rit̄ de vr̄ia timoꝛis ſuil' ad inicialē. ⁊ cū uolūtates ſint eedē in ſpē. q̄ ſūt reſpectu eiuſdē ī ſpē. ſūt eadē ī ſpē. g̃ idē timoꝛes erūt in ſpē qui ſunt reſpectu eiuſdē ī ſpē. Sȝ timoꝛ ſeruilis ē reſpectu pene eterne: ⁊ timoꝛ inicialis reſpectu eiuſdē. g̃ ſunt idem timoꝛ in ſpē. R̄e° cū timoꝛe iniciali timeat̄ pena eterna ⁊ etiā dei offenſa ſeu ſeparatio a deo. vnū timet̄ p ſe. alteꝝ p accn̄s. Per accidēs enī timet̄ qḋ ꝓpter aliud. ⁊ hec eſt pena eterna. Dicēdū g̃ ꝙ nō ē veꝝ ꝙ idē timeatur p ſe timoꝛe ſeruili ⁊ timoꝛe iniciali. Nō cuȝ timet̄ pena eterna timoꝛe iniciali: niſi ꝓpter offenſam. i. ꝑncipalr̄ timet̄ offenſa. Jtē cuȝ eadē ſit ꝯtus qua diligit aliquis ↄiungi vite eterne: ⁊ ſepari a pena eterna. g̃ idē ē donum timoꝛ ſeruilis quo quis timet penā eternam: ⁊ filialis quo quis amat ↄiungi vite eterne. ⁊ ita idem timoꝛ inicialis ⁊ filialis ſunt ī ſpē.

R̄n̄dēr ꝙ ē timere penā eternā vel inquātū ē deſtructiua ſbi. vel inquātū ē ſepatiua a deo q ē ſūmū bonū. Jnquantū ƀo timet̄ pena eterna vt deſtructiua p ſe ſbi: ſic ē timoꝛ ſuil'. Jnquantū ƀo timet̄ inquātū ſepatiua a deo per ſe timet̄ timoꝛe filiali. timoꝛe aūt filiali p accn̄s timet̄ ipa pena. ⁊ ſic pȝ ſolō ad obiecta.

Obr̄ aūt. Si timoꝛis ſuilis rō ſit amoꝛ: aut hi⁹ amoꝛ erit nālis aut libidinoſus: aut gratuit⁹. Si gratuit⁹: ſ̄ talis nihil aliud ē ꝙ caritas. g̃ rō timoꝛis erit caritas. g̃ ꝓpter deum amatū ſup oīa timebat̄ pena: quod ē falſuȝ. Preterea ſi tu dicis ꝙ amoꝛ libidinoſus. ↄtra Tūc enī ſequeret̄ ꝙ timoꝛ ille libidinoſus eēt quia radix ei⁹ libidinoſus ē amoꝛ. ⁊ ita malū eēt. ⁊ ita nō a ſpū ſancto. Si dicat̄ ꝙ ē nālis amoꝛ ille. ↄtra. Cū amoꝛ ſit nālis non ē radix niſi nālis. ⁊ ita nō erit donū: ſ̄ erit timoꝛ nāl' ⁊ ſeruilis idē in radice: ⁊ vtrūq; a nā: ⁊ neutrū a grā. Propter hoc voluerūt quidā dicē ꝙ ſeruilr̄ timet̄ bȝ duo ꝑncipia. ſ. libeꝝ ar. cū fomite: ⁊ etiā timoꝛē ſeruilē qui ē donū ſpūs ſancti. Et quātū ad ꝑmū dicūt ꝙ eſt amoꝛ rō timoꝛis ſeruilis: ſ̄ nō quātū ad z^m. Sȝ ↄtra h̾ obr̄. Aug 83. q. 25. Nulli dubiū ē nullā aliā metuendi cām: niſi ne id qḋ amat̄ adeptū amittat̄. aut ne adipiſcat̄ amatū. Jgit̄ oīs timoꝛis rō ē amoꝛ. vel enī eſt ne adeptū qḋ amamus amittam⁹: vel ne adipiſcamur amatū. ⁊ ita rō timoꝛis ſeruilis ē amoꝛ: iquātū timoꝛ etiaȝ ſeruilis ē donū. vn̄ dō ꝙ rō timoꝛis eſt amoꝛ amoꝛ a īt ꝓpꝛie ſalutis in p̄nti ē amoꝛ nālis p ſe. ſ̄ amoꝛ ꝓpꝛie ſalutis in futuro ē amoꝛ nāl' p ſe infoꝛmat⁹ fide infoꝛmi. quia ſalus in futuro nō ↄpħendit̄ niſi p fidem vl' ↄpħēſiōe fidei. Secūdū hoc g̃ intelligēdum ꝙ timoꝛis nālis rō eſt amoꝛ ſalutis ꝓpꝛie in p̄nti. Sȝ ſ̄^m ꝙ ē amoꝛ ꝓpꝛie ſalutis in futuro: hic eſt amoꝛ rō timoꝛis ſeruilis. Jdeo enī timet penā eternā quā credit ex fide infoꝛmi: qa amat ſalutē eternā. ⁊ ita pȝ quō rō oīs timoꝛis ſit amoꝛ: ⁊ maxime pȝ de timoꝛe ſeruili. de quo q̄ſitū eſt.

i Nquiſito de gratiis gratis datis hoī ꝓpter ſe: querendū ē de grīſ

gratis datis hoī ad honoꝛē dei ⁊ ad vtilitatē pꝛimi. Et ꝑmo de gratiis ſermōis ſapiē ſcīe. ⁊ fidei. Grā aūt ſermonis ē grā p̄dicatōis ⁊ doctrine. Circa qḋ querunt̄ quatuoꝛ.

Primo vtrū grā ſermonis ſapie. ſcīe. ⁊ fidei ſit grā vna vel differētes grē. 2° vtruȝ det̄ vel ſbtrahat̄ ex meritis. 3° que maioꝛ ſit grā ſermonis an grā ꝓpħie. 4° an ſufficiat ad edificationē grā ſermonis.

Ad pꝛimuȝ ſic. Grā ē vna que eſt ad vnū finē. Si g̃ gratia ſermonis ſapiē. ſcīe ⁊ fidei ſint ad vnum finē. ſ. ad edificationē pꝛimi in his que pertinent ad ſalutē. ergo vna eſt gratia. Jtem grā vna v̄r ad vnū actū. Sȝ vn⁹ ſpē act⁹ eſt loqui vel ſmocinari. Grā igit̄ ſermonis vna erit. Con̄. Gratie que ſeparāt̄ in diuerſis ſbiectis nō ſunt eedē. Sȝ grē ſermonis ſapie. ſcīe. ⁊ fidei ſepant̄ in diuerſis ſbiectis: quia ſicut dicit apoſtol⁹. 1. coꝛ. 12. Alii dat̄ p ſpūm ſermo ſapiē. alii ſermo ſcīe. alii ſermo fidei. g̃ ſunt grē differētes. R̄e° ꝙ grē ſunt differētes. Differūt aūt p differētes fines pꝛimos ⁊ p differētes actus ꝓpꝛios. Nam grā ſermōis fidei eſt ad edificandā fidē. veritatis in auditoꝛe. Grā ſermonis ſcīe ad edificandā diſtinctionē agēdoꝝ que pertinēt ad actiuam. Grā ſermonis ſapīe ad edificādā ↄtēplatōeȝ eternoꝝ que pertinēt ad vitā ↄtēplatiuam. Sepatiȝ aūt dant̄ iſte gratie plurib⁹: quāuis alicui dent̄ ſiml'. Et p hec pȝ r̄n̄ſio ad obiecta Nā iſte grē nō dicūt̄ eē ad vnū finē pꝛimuȝ: ſ̄ ad vnū finē remotū ⁊ vltimū. nec ad vnū

actū ppriū: ſ ad vnū actum ɔmunē.

Deinde queritur utrū bi⁹ gr̄
tie detur ex meritis. Ad quod ſic. Grā non dr̄
niſi eo ꝙ detur gratis: vl' ex eo ꝙ grātū faciat. Sꝫ
hi⁹ nō dicūt grē ex hoc ꝙ gratū faciāt. ergo dicūt
grē eo ꝙ gratis detur. ergo non ex merito uel ex
meritis. Itē malis datur grā ꝓphie et etiam
grā p̄dicationis: ſicut illis q dicēt. Nōne ī noīe
tuo ꝓphauim⁹: et in noīe tuo virtutes fecim⁹ ⁊c.
Mat. 7. ergo nō ex meritis datur vel ſubtrahit.

Contra. Greg. in moralib⁹. Sepe doctorum verbū
a dño ꝓ grā tribuit auditoꝝ: et ſepe ꝓpter au
ditoris culpā ſubtrahitur ſermo doctori. ergo ex meritis
alioꝝ datur. Itē Greg⁹. in moralib⁹. Cū p̄lat⁹
non agit bona que loquitur: ei ſermo ſubtrahitur.
ne loqui audeat que nō operatur: ſicut p ꝓphaꝫ
dr̄. Peccatori dixit de⁹. quare tu enarras iu-
ſtitias meas. Itē Grego⁹. in eodē. Deprecatur
propha. Ne auferas de ore meo verbum veritatis
vſquequaqꝫ. Perpēdit nāqꝫ ꝙ veritatis verbū oī
potēs de⁹ faciētib⁹ tribuit: et nō faciētib⁹ tollit
q ergo hoc de ore ſuo nō auferri petiit quid aliud
ꝙ grām bone operationis quęſiuit ac ſi apte di
ceret. vt iuſto oīpotētis iudicio dei in bono
iam nec linguā hēat: qui hēre bonā uitā receſ
ſat: quaten⁹ cū mens terrenoꝝ amori intēdit
de terrenis reb⁹ ſemp loquatur. Unde ī euan-
gelio Math. 12. veritas dicit. Ex abūdantia
cordis os loquitur. R⁹ meritū dr̄ ꝓprie et in-
terp̄tatiue. Proprie meritū eſt ſeruiciū cui de-
betur aliquod premiū. et hoc modo nulla gratia
datur ex merito in rōne grē. Nam ſi ex merito:
iam non ē grā: ſicut oſtēdit apoſtol⁹. ro. xi. In-
terp̄tatiue dr̄ meritū ɔgruitas ad diuinum
donū. et hoc modo grā ſermonis dicitur dari
ex meritis et ſubtrahi. vnde Grego⁹. Pro audi
toris nanqꝫ grā datur bonis et malis ſermo do
ctorib⁹. ſicut potuerūt phariſeis ſuppetere verba
p̄dicatiōis: de quib⁹ ſcriptū eſt Mat. 23. Oīa
ergo quecūqꝫ dixerint facite: ſcḋm vero opera eoꝝ
nolite facere. Per auditoꝝ vero reprobatōeꝫ
bonis etiam doctorib⁹ ſermo ſubtrahitur: ſic ad
Ezechielē. Ezech. 3. ɔtra iſrael dr̄. Linguā tuā
adherere faciam palato tuo: et eris mut⁹: nec
quaſi vir obiurgās: quia dom⁹ exaſperās eſt
Aliqñ aūt ſermo p̄dicationis ꝓpter vtroſqꝫ
datur. aliqñ ꝓpter vtroſqꝫ ſubtrahitur. Propter
vtroſqꝫ enim datur ſic diuina voce Paulo apō
corinthios dr̄. Noli timere: ſed loquere. et paulo
poſt. Quia popul⁹ mult⁹ ē mihi ī hac ciuitate
Act. 13. Propter vtroſqꝫ vero ſubtrahitur: ſicut
heli ſacerdos et prauā filioꝝ cognouit vi-
tā: et dignā increpationis nō exercuit voceꝫ;
cū pfecto futuꝝ eſſet vt in mortis ſupplitio
et iſtos reat⁹ flagitii: et illū ſilētii pena mulctaretꝫ

Postea queritur vtrū gratia
p̄dicatōis que ɔphendit p̄dictas ſit maior ꝙ
grā ꝓphetie. et cū grā ꝓphetie eleuet animaꝫ
ad ɔtēplationē in ſpeculo eternitatis: et abſtra
hat ab actib⁹ carnis. vñ ſicut dicit Origenes
Tpe quo vacat amplexib⁹ ɔiugalib⁹ ſubtrahitur
grā ꝓphetie. grā vero p̄dicationis nō ita ele
uat aīam vel abſtrahit a carne. ergo eminētior ē
grā ꝓphie. Contra. Officiū ꝓphetie ɔceditur
viris et mulierib⁹: ſicut Delbore. 5. Judic. offi-
ciū aūt p̄dicatiōis interdicitur mulierib⁹. i. cor.
14. Mulierē docere nō pmitto. ergo off. cū p̄dica
tionis dign⁹ eſt. ergo et grā p̄dicatiōis dignior
prophie. R⁹ ꝓphetia eſt diuina reuelatio
reꝝ euētus īmobili veritate denūtians. In ꝓ-
phetia ergo ſunt duo. reuelatio et denunciatio.
Quantū ad reuelationē que eſt in cognitiōe
dignior eſt grā ꝓphetie: et actus ꝓphetizādi
eminētior: et mai⁹ ē ꝓphetizare ꝙ predicare.
Quātū ad denūtiationē grā p̄dicationis eſt
dignior. Prophetizare vero ſcḋm ꝙ ē ad veritatis
denūciatiōeꝫ ē min⁹ ꝙ p̄dicare: quia p̄dicare ē
ad ſalutē aīaꝝ. ꝓphetare ad veritatis denūtia
tionē. et hoc min⁹ eſt ſalute animaꝝ.

Postea uero queritur vtrum ad edificationē auditoꝝ ſufficiat
grā ſermonis. et cū habit⁹ gratuiti pfectiores
ſint habitib⁹ nālib⁹ et acquiſitis. Habit⁹ autē
nāles et acqſiti ſufficienter eliciūt ſuos effect⁹
quia ſicut dicit aug⁹. Habitus ē quo aliquid
agitur: cum opus eſt. ergo habitus gratuiti ſuffi
cienter ſuos effectus eliciūt. ergo grā ſermonis
fidei ſufficienter eliciet ſuum effectum qui eſt
edificare fidem ī audiente. Similiter gratia ſer
monis ſciē eſt edificatio diſcretionis facien-
doꝝ in audiente. Contra. Grego. Niſi ſpūs
ſanctus corda auditorum replcat. ad aures
corpoꝝ vox docētiū in caſſum ſonat. Iteꝫ
idē Grego. Formare vocē magiſtri exterius
poſſunt. ſed hanc imprimere interius non poſ-
ſunt. Ex quibus relinquitur ꝙ neceſſaria eſt ad
edificationē auditoris alia grā. Item Ro.
10. Fides ex auditu eſt. auditus autem per
verbum xpi. Ibi glo. Cum ex gratia ſit audit⁹
neceſſaria eſt alia gratia que cor moueat.
R⁹ ɔcedendo ꝙ ad edificationem auditoris

necessaria est duplex gratia. Una in doctore seu p̄dicatore: qua sciat dicere ɔuenienter ea que sunt ad edificationē. Alia vero necessaria est in auditore: qua moueatur ex sermone ad ɔpunctionem vel ad amorem: vel timorē vł spē: ⁊ huiusmodi. ⁊ hac rōne dicit Greg. ꝙ inuanum laborat lingua predicatoris nisi adsit gratia saluatoris. Ad illud ḡ. quod p̄mo obicit dicendū ꝙ actus gratie sermonis non est edificare auditorē. sed dicē ad auditoris edificationē. vnde sicut in aliis dicit ꝙ non medicus semper sanat: nec rhetor semp ꝑsuadet. Sed si nihil omittant de ɔtingentibus: nihilomin⁹ ɔsequuntur effectum operantes s̄m artem. Ita si doctor vel predicator habens gratiam sermonis nihil omittat de cōtingentibus ad edificationē consequit̄ suum effectum. Notandum tamen est ꝙ est effectus essentialis: ⁊ hic est effectus in ipso vt in medico cū operatur secundū artem: ⁊ in predicatore cum loquitur ad edificationē. ⁊ ē effectus in altero accidentalis. vt in medico cū sanat ⁊ in p̄dicatore cum edificat.

p Ost tractatū de

virtute in genere: inquirendū est de sp̄ebus virtutum secūdū p̄assignatā ɔ̄riam. Et primo agatur de virtutibus theologicis que sunt virtutes in finem. vt fides. spes. caritas. de quibus prima ad cor. 13. Nunc autē manēt fides spes caritas: tria hec. Consequēt̄ do de ꝟtutibus cardinalib⁹: q̄ sūt de his que sūt ad finē. vt prudentia. iusticia. fortitudo. tēp̄ātia. Primo ḡ querit̄ de fide. Scdo de spe. Tertio de caritate. Cum autem queritur de fide p̄intelligendū est sicut dictū est prius. ⁊ habetur s̄m Augu. super illud ad ro. 1. De fide in fidem. ꝙ fides dicit̄ duobus modis. Quod creditur: ⁊ quo credit̄. Fides autem quo credit̄ est habitus credendi qui accipit̄ duobus modis. Cum caritate: ⁊ sine caritate. Si sine caritate sic est fides informis de qua dictum est prius. tum querebatur de gratiis gratis datis. P̄n̄tis igit̄ inquisitionis erit inquirere de fide secūdū alias duas acceptiones. Ut primo queramus de fide qua creditur formata. hoc est de habitu credēdi.

Secundo vero de fide quod credit̄. hoc ē de credibili. Et quantū ad primam inquisitionem erit iste modus. Primo querit̄ an fides sit necessaria ad salutē. Secundo supposito ꝙ sic: vtrum habeat̄ ꝑ suasionem. 3ᵒ an fides uirtus sit. Quarto supposito ꝙ sic an sit virtus generalis vel specialis. ⁊ hec q̄runt̄ ad sciendum quid sit fides s̄m rem.

Quinto queritur quid sit fides secundum diffinitionē. Sexto de actu fidei. Septio de sbiecto fidei. Octauo de obiecto fidei. 9ᵒ de ɔparatiōe fidei ad ceteras virtutes.

Ad primuz arguitur

